
CASP. SCIOPPII

SYMBOLA CRITICA

IN

L. APULEJI

Philoſophi Platonici Opera.



AMSTELODAMI,

Apud *Jodocum Pluymer*, Bibliopolam.

MDCLXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO
FRIDERICO REIMUNDO
IMHOFIO SUO
PATRICIO AUGUSTANO

CASPAR SCIOPPIUS
Patricius Romanus S. P.

NOn dubito, Friderice ſuaviſſime, quin cunctationis reprehenſionem apud te effugere ac vitare non poſſim, qui quidem tot tuis aliorumque amicorum efflagitationibus an conviciis adhuc adduci non potuerim, ut quæ in complures ſcriptores veteres annis proximis ſuperioribus notaram, quibuſque tu ipſe cùm priori anno viſum ad me veniſſes, ultimam jam manum acceſſiſſe coram in re præſenti vidiſti, è manibus tandem emittere, iiſque rem literariam mihi devincire vellem. Veruntamen cùm haud ignores, quantum eos fugiat ratio, qui me nihil niſi libros & literas tractare in iiſque aſſiduo herere exiſtimant, neque maximam curarum & occupationum

mearum partem in communi bono & patriæ inprimis noſtræ utilitate configi credunt: non veniam ſolum cunctationi & tarditati huic meæ daturum te ſpero, ſed etiam ut apud eos, qui conſilia & facta mea minus perſpecta cognitaque habentes hoc nomine me reprehendunt & ſubaccuſant, me defendendum ſuſcipias, à te poſtulo. Ut enim jam omnia quæ ad oras librorum meorum in bonis auctoribus pridem notaram, ab amanuenſi exſcripta ſint, commodeque ab operis typographicis legi & formis exprimi poſſe videantur: facile tamen intelligere potes, nimium in librarii fide & intelligentia ponere non eſſe ejus, qui & nomen aliquod in literis acquiſiverit, & non pejori fide, quàm ſecum vetera auctorum exemplaria egerint, cum aliis porro agendum ſibi exiſtimet, ſolidamque hanc à doctis & literarum amantibus gratiam inire cupiat. Nam quod vereri te ſignificas, ne ex Siſyphio iſto hominum genere, quos furandi aliorumque inventa ſuppilandi & ſublegendi artificio, ut

com-

compendiaria ad gloriam graſſari perſpicuum eſt, inveniantur, qui ea quæ abhinc annis aliquot à me deſcripſerunt (ſcis autem, quam in hoc genere facilis ac credulus eſſe ſoleam; & ſcit Illuſtris M. Velſerus noſter, hæc in Apulejum ante hos ſex annos à me edolata) pro ſuis nunc vulgare audeant: id omnino, ne erres, parum me conturbat: quippe qui neque gloriolæ ex hoc præſertim ſive Critico, ſive Grammatico ſtudio cupiditate ita movear, ut eam, niſi ægrè & coactus cedere aliis neſciam, & cui fides non deſit, qua mihi, Faërno, Fulvio Urſino aliiſque viris doctis inventa noſtra aſſerere & à viſcatis iſtorum Lavernionum manibus vindicare poſſim. Ne tamen nequiquam me admonueris Symbolam meam Criticam in omnia L. Apuleji, feſtiviſſimi auctoris opera à librario deſcriptam recognovi & perſpexi, nuncque adeo correctis & ſublatis inde mendis ad te imprimendam mitto. Neque verò exiſtimare debes, id eo à me conſilio fieri, quod tibi pro tuis in me officiis parem hac ratione

gratiam perſolvi putem (non enim ita malignus ſum & iniquus æſtimator,) ſed partim ut voluntati tuæ, quemadmodum dixi, morem geram, partim ut quid viri docti de univerſa mea Symbola Critica, quæ propediem, ut ſpero, conſequetur, polliceri ſibi debeant, hinc conjicere ac velut ἐξ ὀνύχων judicare poſſint. Quare à te, Friderice humaniſſime pro conjunctione noſtra peto, hanc jam in Apulejum Symbolam tuam eſſe exiſtimes, eaque diligentia typographo illam commendes, ut non ſolum ejus editionis, ſed, quod non minoris momenti eſt, accuratæ etiam & emendatæ editionis gratiam viri docti tibi ſe debere intelligant. Vale, & amoribus ac deliciis noſtris Illuſtri Carolo Fuggero ſalutem meis verbis nuncia. De Campo Martio.

CASP. SCIOPPII
SYMBOLA
IN
L. APULEJUM.

Editum Lugd. Batav. apud Fr. Raphelengium Anno 1594.

In Librum de Mundo.

Pag. 3. ASTrorum innumerabilis multitudo partim labitur cum orbis inerranti regione, quam circulorum ambit Signifer] Fulvius Urſinus de conjectura legit: *quàm circumambit Sign.* Ego minimum à literarum ductu devians malim: *quam in circulum ambit Sign.* In circulum, pro adinſtar circuli quàm Apuleanè dicatur, ſciunt omnes, niſi qui Apulejum neſciunt.

Ibid. Illius orbis, qui innerrabilis dicitur] Fulvii manuſcriptus: *innarrabilis.*

Pag. 4. Poſtea vero pars eſt, quæ ſancti ætheris finibus coërcetur, cujus menſu appenſuque diſtincta eſt natura immutabilis regio & mortalis] Is, quem dixi, codex ſcriptus ita variat: *Poſt eam verò partem, quæ ſ. æ. f. c. cujus menſa appenſaque diſtinctum eſt & natura i. r. e. m.*

Ibid. Cum ſit natura vitiabili: in nubes cogitur] Mſ. *natura variabili & in nubes cog.*

Ibid. Præcipiti grandine deſuper verberatur, tur-

turbine, flatibus, typhoniſque conflictu fit procelloſa] Mſ. *triformique conflictu.*

Pag. 5. Cum ne hanc quidem, cujus cultores ſumus, omnes peragrare poſſimus] haud paullò rectius idem Fulvius legit: *omnem peragrare.* Omnem, id eſt, univerſam, totam.

Ibid. Infima ceterorum animantium terrena poſſident] idem mſ. *Inferna ceterorum*, quod præ illo placet.

Pag. 6. Et in diſcretis finibus Pamphylium, Syrium, Ægyptum] Mſ. *eo in diſc. f. P. Aſſyrium.*

Ibid. Albion & Ierna] Mſ. *& Hybernia.*

Ibid. Indos, Trapobana & Phebol] Mſ. *Indos, Bromana & Oſe.*

Pag. 7. Ad ſuperiora minari] Mſ. *in mari.*

Ibid. Quod modis aër nubili conditionibus coagitatur] ſic edidit Vulcanius. at in manuſ. Fulvii legitur: *Aër nubilis conditionibus cogitur.* cùm in vulgatis ſit: *nubium conditionibus cogitur.* Unde ſuſpicatur. Fulvius legendum: *nubium coitionibus cogitur.* quomodo Virgil. *in nubila cogitur.* Vid. Arnob. lib. I.

Ibid. A quibus hoc differunt nimbi] Mſ. *eo differunt.*

Pag. 8. Quanto improviſior præcipitatio eſt] Benè Vulcanius, niſi quod addendum ex Mſ. *improviſior ejus præcipitatio.*

Ibid. Idem tamen Aparctias incipit nominari cùm eum Oriens æſtivo emittatur] Mſ. *Aparctias accipit nomen cum eum Oriens æſtivo effundat.*

Pag. 9. Nec jugi perſeverantia ſpiritus perſerentes] Mſ. *Spiritus perſeverantes.*

Ibid. Turbo dicitur] Mſ. *Turbo autem dicitur.*

Ibid. Uti dicitur, Pinea] Mſ. *Pineas.*

Pag. 10. Occidui ſunt, Caurus] Mſ. *Occ. ſunt tres, Caurus.*

Ibid. Quippe ubi nubes adflictu ignem, ut ignifera

fera ſaxa atrita inter ſe dant, obtutus velocius illuſtriora contingit] variant libri manuſcripti. Eſt enim qui habeat: *Quippe ubi nubes affulſit, ut igni fera.* Et eſt qui ſic legat. *Quippe ubi nubes afflictrix & ignifera ſaxa attrita inter ſe ſedat.*

Pag. 11. Ita & prius corruſcare] Mſ. *Ita prius corruſc.*

Ibid. Tum quia ignes pernicitate ſui clariſcantes] Mſ. *Tum quod ignes p. ſ. claricantes.*

Ibid. Cum meatu aëris atque impulſu] Mſ. *meatu aëris atque imp.*

Pag. 12. Incendia indidem ſuſpirant] Mſ. *inſpirant.*

Ibid. Cum tepidiores aquas reddunt: viciniam, cùm ferventiores, oppoſito incendio aqua uruntur] Et hanc Vulcanii emendatam lectionem in Mſ. Fulvius reperit, non tamen deeſt liber, in quo legas: *Cum tepidiores incendio aqua currunt.*

Ibid. Phlegetontis amnis, quem pateſiunt in fabulis inferorum] Vulgò & in Mſ. legitur: *quem poëta ſciunt.* Fulvii vetus eſt conjectura: *quem peteſcunt in fabulis,*

Ibid. Non adeò ardui montis vicinum latus nativi oris hiatu eſſet reſeratum] Mſ. *nativi oris hiatus eſſe raptum.*

Pag. 13. Si illis eadem incommoda ſoleant atque ſecunda contingere] Mſ. *ac ſecunda cont.*

Ibid. Adoleſcentum ætas permixta ſenioribus] Vulgò legebatur. *adoleſcentes ætas.* Rectius Mſ. *adoleſcens ætas.*

Pag. 14. Mare & fæmineum ſecus junguntur] Secus, pro ſexu dici non ignorant antiquarii. Sed haud ſcio, an ſatis latinè dicamus, *Mare ſecus* pro Maſculino ſexu. Manuſcriptus quidem legit. *Mar. & fæmineus ſexus jungitur*

Ibid. Aliæ ſunt inſonæ, ſemiſonantes aliæ, pars

 ſonan-

ſonantes: hæ tam mutuis ſe auxiliis adjuvantes ſyllabas pariunt, & de ſyllabis voces] Agit de literis, nec dubito quin elegantius ſit hoc manuſcripti: *pars ſonantes: & tamen mut.*

Ibid. Namque uvidis arida eſt] Conjectura olim fuit Fulvii: *Namque humidis arida.* Sed deſiit eſſe conjectura, poſtquam ſcripti codicis acceſſit conſenſus.

Pag. 15. Lauda, quam putes ſpeciem, portio à te laudabitur Mundi] Mſ. *quam putas.* Mihi videtur: *quam potes.* ſicut paullò poſt: *Admirare quam voles temperantiam.*

Ibid. Valenti habitudine, pubertate juvenili] Diſertim habet Fulvianus codex: *pub. juvenali.* quod ſcires ab illis interpolatum, quibus judicium pluſquam juvenale. Eſt enim proba in Latio vox, *Juvenalis*, ut alibi doceo.

Ibid. Diſiectis nubibus fulminat] Mſ. *diductis.*

Ibid. Nec occaſibus fatigari, nec ſeculis debilitari excuſſam] Manuſcriptus quidam: *Nec occaſionibus fatigari, nec ſæculis hamilitari.* Illud *occaſionibus*, non diſplicet, cùm Apulejum, judicio meo, reſipiat. Alterum autem *Hamilitari*, non placebit, niſi ex alio manuſcripto corrigatur *Anilitari.* Anilitari pro ſeneſcere ab *Anilitas*, id eſt ſenectus, ut Catullus loquitur: ſicut à debilitas eſt debilitari.

Pag. 16. Brumalis auſteritas] Mſ. *auſtricitas.*

Ibid. Indigens quippe videbitur oratio de Mundo diſputantibus, ut etſi minus curioſè at quomodo poſſumus diſſeramus] Mſ. *Indigens quippe orationis hujus videbatur ratio, niſi de mundo diſputantes etſi c. a. p. q. diceremus.*

Pag. 17. Multo minus quæ ab illis ſunt ſecunda] Mſ. *quæ ab illo ſunt ſecunda.*

Ibid. Ut id ſuis manibus factum velint, quod ſit curæ levioris] Mſ. ut Vulcanii, ita & Fulvii habet:

habet: *levioris fuſcioris quoque.* Quæ quidem lectio dubium non eſt, quin aliquid moſtelli alat, quod doctorum curioſitatem mereatur.

Ibid. Nihil enim poſſunt æquius facere dominorum imperia] Idem Codex: *N. e. poſſunt obſequiis facere.*

Ibid. Flammis ex auro vel electri claritate] Mſ. *flammea auri v. e. clar.*

Ibid. Et muri adamantina firmitate] Mſ. *adam. firmamenta.*

Ibid. Tutela pervigili, cuſtodiam per vices fortium ſuſtinebat] Manuſcr. *tutelam pervigili cuſtodia per v. ſ. s.*

Pag. 18. Erant inter eos & diviſa officia] Mſ. *inter eos diverſa officia.* Idem ſtatim legit: *In comitatu regio armiger quidam.* non, *armigeri.*

Ibid. Et nuncii ſpecularum inceſſores aſſidui] Mſ. *nuncii ſpeculatores incenſores aſſidui.* Alius mſ. *Hac* (id eſt, ac) *nuncii ſpecularum in. aſſidui. tum bonum per vices.* &c.

Ibid. Per ſemetipſum procurare omnia & perficere] Mſ. *omnia qua perficiat.*

Ibid. Si ipſe in alto reſideat loco, eas autem poteſtates per omnes mundi partes orbiſque diſpenſet] Manuſc. *in alto reſidens loco eas poteſtates p. o. m. p. orbiſque diſpendat.*

Ibid. Nec particeps hominum converſatione] Mſ. *nec partitis omnium converſationem.*

Ibid. Aſtutia unius converſionis multa & varia pariter adminiſtrant] Mſ. *multa paria & varia adminiſtrant.*

Pag. 19. Cum initium ſciente & ſalutifera opera moverit] Mſ. *initium ſcientia & ſal. o. m.* Fortè: *ſcienti ac ſalutif.*

Ibid. Et deinceps ad proximum] Mſ. *ad proprium.*

Ibid. Aliud alio commovetur, motuſque unus alteri movendi ſe originem tradit] Mendoſe. nec enim unus motus alteri motui tradit originem ſe movendi, cum motus ſe non moveat. Legendum ergo cum Mſ. *motuſque unius alteri.*

Ibid. Muudo equidem conſentiunt] hoc quid ſibi velit, non intelligo. quid ſi: *Movendo equidem*, vel: *Mutuò equidem.* Lucret. *Conſentire inter ſe & fungi mutua poſſe.*

Ibid. Simplicique iuchoato principio] Mſ. *incoacto.*

Ibid. Volucrum, nantium atque terreſtrium] Mſ. *volucrum, natatilium atque terreſtrium greges.*

ibid. Legibus & inſtitutis ſuis naturali lege aggregabuntur] in mſ. deſunt illa, *naturali lege.* & gloſſam ſapiunt.

ibid. Ibunt per aëris vias præpetes, quibus hæc natura largita eſt] melius vet. codex: *quibus hoc nat. l. e.*

ibid. Quæ Saturnus ſublimior triginta ſpaciis annorum circumerrat] Mſ. *circumjectat.* quid ſi, *circumvectat.* pro circumvectatur, circumvehitur? cujuſmodi loquendi modum in Veriſimilibus annotavimus.

Pag. 20. Unus ſtellarum chorus ex diverſis occaſibus ortibuſque hoc ornamento & ut monile rectiſſimè κόσμος græca lingua ſignificat] Manuſcriptus. *hoc ornamentum & monile rectiſſimè &c.* Placet, niſi quod velut nova periodus ab prioribus puncto eſt diſtinguenda.

ibid. Et ſpiritus aut infecundi] Mſ. *haud.* quod & Vulcanius de conjectura repoſuerat.

ibid. Quas accedere Deus his mundi partibus voluit] Mſ. *his mundi mediis partibus voluit.* Et ſtatim: *His appoſiti ſunt.*

ibid. Hic galea caput ille crura ocreis involvit] melius mſ. *vel crura o. i.*

ibid. Cum interea unius ducis imperio cunctus exer-

exercitus paret, quem præfecerit] Mſ. *imperio tantus ex. paret ei, quem.*

Pag. 21. Hujus locum quærimus, qui neque infimus eſt, & terræ contagionibus, neque tamen medius in aëre turbido] Mſ. *qui neque tamen medius finitimus eſt terræ contagionibus.* Unde (quod & Vulcanio placere video) ſuſpicer legendum: *qui neque finitimus eſt terræ contagionibus, neque tamen medius i. a. t.* Senſu claro promptoque. Edita lectio non uſque adeo ſana eſt.

Pag. 22. Quem Græci οὐρανὸν rectè vocant ut qui ſit altitudinis finis: iiſdem ea ratione eum ὄλυμπον nominant] Mſ. *rectè vocant & ut qui ſit altitudinis finis pervideatur, etiam iidem illa ratione nominant.*

ibid. Namque habitus orantium ſic eſt, ut manibus extenſis in cælum precemur] Rectè mſ. *man. extenſis precemur.* Melius quoque fuerit; *habitus orantium hic eſt.*

ibid. Nec diverſis ea in ſpatiis temporibuſque obſervantiſſimam legem ſuorum aliquando itinerum mentiuntur] Manuſcriptus quidam: *diverſis & inſperatus obſerv.* Alius verò Codex: *diverſis ſpaciis temporum.* quod placet.

Pag. 23. Niſi quod ceteris ærumnoſum & multiplex & curarum innumerabilium videtur eſſe hoc ipſum] Mſ. unus pro *ærumnoſum*, habet, *criminoſum*: alter, *curioſum.*

ibid. Et ſcitis ejus magiſtratus tribunalia, principia milites frequentabunt] Mſ. *Et ut ſcitis.*

ibid. Reus purgandi ſe neceſſitate, ut inſectandi ſtudio accuſator venit] Mſ. *reus ita purgandi ſ. n. ut ſectandi ſtudio a. v.* Id quod Colvius quoque oportunè monuit.

Pag. 24. Lamentis & ploratibus ejulantem] Mſ. *ululantem.*

ibid. Levitas mali gignitur dulcitas fici] Legendum

dum ex. mſ. *Lenitas mali gignitur & dulcitas fici. Lenia* ſunt, quæ Virgilius *mitia poma* dixit, id eſt, non acerba aut immatura.

ibid. Et à juvando Jupiter dicitur] Mſ. *Idem à juvando.*

ibid. Saturnum etiam illi κρόνον quaſi χρόνον, quemdam inceptum ab origine, interminum ad finem tempus appellant. Fulgurator &c.] Mſ. *Saturnumque etiam illi* Κρόνον q. χ: *id eſt, quendam inceptum ab origine, terminum, finem, tempuſque appellant. dicitur & fulgurator &c.* Inceptus, ûs, quarti ordinis more Lucretiano.

ibid. Militaris & triumphator & propagator, tropæoforus] Mſ. *Eſt militaris & triumphator & propagator & trophæoforos.*

ibid. Ζεὺς κρατῶν] Verſus hos habet & Euſebius de præparat. Euang. lib. 3. Latina verſio in mſ. nulla eſt.

Pag. 25. Hinc νόμοι (IV) Mſ. *hinc* ἐννομον. & ſtatim; *aſcripta, ac pacti eademque ineffugibilis neceſſitas ultionis.*

ibid. Et quod torquetur in digitis, momenti præſentis judicat ſpatia] in mſ. deeſt vox *torquetur*. elegantius.

ibid. Ut ſit Atropos præteriti temporis fatum: Lacheſis à fine cognominata] Auctiora habet manuſc. *præteriti temporis fatum, quod ne quidem* DEUS *faciet infectum: futuri temporis Lacheſis, à fine cogn.*

ibid. Media rerum omnium penetrat atque illuſtrando curru volucri ſuperfertur] Mſ. *atque illuſtrat & curſu &c.*

NOTÆ

In librum Apuleji de dogmate Platonis.

Pag. 26. APollinis figuratio) Quod Laërtius dicit, Ἀπόλλωνος ὄψις, quem vide in vita Platonis, nam is de Socratis ſomnio non nihil ab hoc noſtro variat.

ibid. Olorem illum pennis cælum petiiſſe) ſimilis eſt de Olore Virgilii locus libro 10. *Linquentem terras & ſidera voce petentem.*

Pag. 27. Æquiperavit Divum poteſtates) Mſ. *aq. almum poteſtatibus.*

ibid. Inventa Parmenidis) Mſ. *Parmenida.*

Pag. 28. Intellectualis à Pythagoreis. rationalis atque moralis ab ipſo Socratis fonte.) Mſ. *à Pythagoreis dialectica, rationalis.*

ibid. Ad orationis Auguſta honeſtiſſimam ſpeciem deducendo) quidam V. C. *inducendo* alius Mſ. *induendo.*

ibid. Nulla ſpecie vel qualitatis ſignificatione diſtinctas) Mſ. *Sp. nec qualitatis.*

Pag. 29. ἄῤῥητον, ἀκατονόμαστον) Mſ. ἀόρατον ἀδάμαστον.

ibid. Platonis hæc verba ſunt: θεὸν εὑρεῖν μὲν ἐυ ῥάδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. id eſt: Deum quidem inveniſſe haud facile eſt. intellexiſſe autem impoſſibile) in manuſcripto alia Platonis verba citantur, nimirum, θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον, εὑρόντα γε εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον. Materiam vero &c. Sic Cicero in Timæo. *Atque illum quidem quaſi parentem univerſitatis invenire difficile, & cum jam inveneris, indicare in vulgus nefas.* Et Tertullian. Apolog. *Licet Plato affirmet, factitatorem univerſitatis neque inveniri facilem, & inventum, enarrari in omnes difficilem.*

ibid. Quod ei ſit interminata magnitudo) Mſ. *quod Dei ſit.*

ibid.

ibid. Neque tamen ſola opinione cognitionis intelligi) Mſ. *cogitationis intelligi.* Sic paullò pòſt. *ſed quæ ſubſtantiam non habent corpoream, ea cogitationibus videri.*

ibid. Namque corporea propter inſignem evidentiam ſui ſimili judicio cognoſci) Rectè manuſ. *Namque corpora.*

Pag. 30. Initium omnium corporum materiam eſſe memoravit) Mſ. *materiem.*

ibid. Quarum ſubſtantia multimoda poteſtate, coitione conficitur) Mſ. *mult. poteſtatum coitione.*

ibid. Quæ cum ordinata permixtaque eſſent) & ſenſus & libri ſcripti auctoritas legendum ſuadet: *Quæ cum inordinata.* Sequitur enim quod poſtea demum ſint ad ordinem deducta.

ibid. Et ignem quidem & Aëra & aquam habere originem atque principium ex trigono, quæ ſit anguli recti, non paribus angulis. Et prioris quidem &c.) Melior hic & auctior vetus Fulvii codex: *quì ſit trianguli recti non paribus angulis: terream verò directis quidem angulis trigonis & veſtigiis paribus eſſe. Et prioris quidem &c.* In Vulcanii editione verſu 28. 29. & 30. delenda ſunt iſta jubente volente & ratione & mſ. auctoritate: *Et prioris quidem forma tres ſpecies* &c. uſque ad illa: *non paribus.* Ineptè enim bis ſunt poſita.

ibid. Æquipedum verò trigonum efficere ex ſeſe quadratum: quadratum verò cubum) Mſ. *Æq. verò trigonorum efficere ex ſeſe quadratum cubum.*

Pag. 31. Ejus celeritas agitationi videatur eſſe conſimilis) Mſ. *agitationi hujus vid.*

ibid. Et alia initia invenire forſitan poſſe, aut quæ Deo nota ſunt) Mſ. *poſſe ait, quæ D. n. ſ. Ait*, ſcilicet Plato.

ibid. Sic de primis elementis) Mſ. *ſed de.*

ibid. Sed nihil quidem ejus extrinſecus inveniri) Mſ.

Mſ. *Sed vim quidem ejus & extranu.* quod impedio placet.

ibid. Hæc autem invicem ex ſe apta & connexa eſſe) Mſ. *invicem ex ſe intra ſe apta & conn. eſſe.*

ibid. Nec relictum eſſe locum, neque elementa ſupereſſe, ex quibus alterius mundi corpus poſſit eſſe) Mutila hæc eſſe non eſt dubium, Dupliciter enim probare vult Apulejus unum eſſe mundum, primum, quia nullus alius eſt locus, in quo poſſit alius mundus generari, deinde, quia nulla ſunt elementa, ex quibus alius mundus generetur, quare volente veteri codice legendum: *nec relictum eſſe locum in quo alius: neque alimenta ſupereſſe, ex quibus &c.*

ibid. Perfectiſſimo & pulcherrimo Mundo) Mſ. *modo.*

Pag. 32. Quod ex his totius natura, & ſubſtantia conſtet) Mſ. *quod ex his rebus totius natura ejus & ſub.*

ibid. Senſibuſque corporis eſt obvius) Manuſc. *corporeis.*

ibid. Non corpoream eſſe nec ſanè perituram) Mſ. *nec corpoream.*

ibid. Imperitare & regere ea) ſic ſanè & quidam Fulvii codex. alius autem: *intemperare.* ut Fulvio probetur. *temperare & regere.*

ibid. δοξαστὴν, id eſt, opinabilem) explicatio hæc non eſt in Mſ.

ibid. Alteram cogitabilem & intelligibilem) proba mihi Fulvii conjectura, legentis: *alteram διανοητικὴν & intell.*

ibid. Forſitan & multa perſeveranti ſuſpicione colligitur) Mſ. *& ita perſeveranti.* Videndum num legi queat: *& non ita perſeveranti.* id eſt, non nimis firma & tenaci.

Pag. 33. Signa hæc in luce ſiderea ardere cæperunt)

runt) Manuſcriptus: *Signa hæc in luce ſiderea.*

ibid. Et viciſſim ut quies deſiderata proveniret animantibus] Mſ. *Ut viciſſim quies deſ.* Et placet.

Pag. 34. Ignem autem aliis ſuperiorem eſſe] Mſ. *Ignem ante alia ſup.* Virgil. *ante alios immanior omnes.*

ibid. Sic enim χοικὰ cenſuit nominanda] Manuſcriptus Fulvii: *ſic enim pone nerteron cenſuit nominandam.* Vulcanii autem: τὸ ἐνέρτερον.

ibid. Quare nec omnia ad fati ſortem arbitratur eſſe ferenda] Mſ. *referenda.*

Pag. 35. Natura etiam mortales Deos] Mſ. *mortales eos.*

ibid. Fundatiſque legibus reliquarum diſpoſitionum ad tutelam rerum, quas quotidie fieri neceſſe eſt] Mſ. *diſpoſitionem ac tutelam.*

ibid. Nihil homine præſtantius natura dedit] Mſ. *præſtabilius.*

ibid. Cum tres partes animæ dicat eſſe] Mſ. *ducat.* id eſt putet.

Pag. 36. Cetera enim membra ancillari & ſubſervire, cibos & alia ſubminiſtrare, vectare ut in ſublime poſſit, ut dominum atque rectorem, prudentiaque ejus à periculis vindicare] Hæc ſatis ſunt mendoſa, neque ejus purgandi par fuit eruditus doctiſſimi Vulcanii conatus. Emendabuntur autem, ſi Fulvianum ſecuti codicem legamus: *Subſervire capiti, cibos & alia ſubminiſtrare: verticem etiam in ſublime poſuit, ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus à periculis vindicari.*

ibid. Solidiora quecumque contingi offendique poſſunt & ſentire] Mſ. *Solidiora quæque contingi offendique & ſentire poſſunt.*

ibid. Nares natura conſtituit, quarum bifori via odor cum ſpiritu commeat] Ita Vulcanius volentibus Muſis reſtituit ex mſ. ſuo, cui Fulvianus con-

conſentit. quia tamen paſſim antea editum fuit: *quarum Symphonia.* non contemnenda ductus conjectura Fulvius, *Syphonibus* legendum cenſuit.

ibid. Eaſque de corruptis, vel aduſtis, vel madeſcentibus, vel madefactis ſentiri] offendit me ταυτολογία iſta *madeſcentibus vel madefactis.* neque etiam placet ſatis, id quod Vulcanius in ſuo reperit & altero Fulviano codice confirmatur: *miteſcentibus.* amplector potius alterius Fulviani lectionem: *muceſcentibus*, quod facilè in *miteſcentibus* depravari potuit.

Pag. 37. Sed hominis promptuarium &c.] Vulcanii conjecturam teſtor confirmari Fulvii manuſ. *homini.*

ibid. Pedes denique humero tenus capiti obediunt] Mſ. *humerorum tenus.*

ibid. Pulmonis excipitur mollitia] legendum ex mſ. *Pulmonum.*

ibid. Illa etiam quæ in juncturis & copulis nexa ſunt) delenda auctoritate mſ. particula, *in.*

Pag. 38. Rurſus ex illo loco diviſæ per membra in totum hominem, juvant Spiritum) Mſ *d. per membra totum h. j. ſpiritu.*

ibid. Cum ratio totum regit, parentque inferiores duæ partes) Mſ. *Parenteſque ei inferiores d. p.*

Pag. 39. Cum Iraſcentiam & conſilium ſubegerit) Mſ. *Iraſcentia.*

ibid. Eamque in partes duas dividit, quarum unam imperitiam nominat) Mſ. *harum unam.*

ibid. Cum valitudinis portio procurata ſalubriter modum neceſſarii victus neſcit excedere) Mſ. *val. paſſio proc.*

ibid. Nec pabuli ſarcinæ immoderatius invecti) nemo non legendum videt: *nec pabuli ſarcina immoderatius invecti.* Repetito ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *obteritur*: non obteritur ſarcina pabuli.

NOTÆ.

In librum Apuleji de Philoſophia.

In manuſcripto Fulvii Urſini codice liber hic ab eo, qui eſt de dogmate Platonis, nequaquam diſtinguitur: quod, niſi fallor, jam alii quoque notaverunt.

Pag. 40. MInora autem bona, eaque quorundam eſſe) Mſ. *ea qua quorundam eſſent.*

ibid. Quæ ſapientibus & cum ratione ac modo viventibus ſunt ſanè bona) Mſ. *ſunt ſecundum bona.* Optimè.

ibid. Et quod omnes adipiſci queunt &c.) Auctore manuſcripto nova hic facienda eſt periodus & legendum: *Et quod non omnes id adipiſci queunt, neque primi boni adipiſcendi facultatem poſſunt habere, ad id feruntur, quod hominum eſt.*

ibid. Secundum nec commune multis, nec &c.) Mſ. *com. multis eſt, nec.*

ibid. Aut verò bono incitatur) Mſ. *initiatur.*

Pag. 41. Ad utrumque proclive ingenium eſſe) Mſ. *ing. ejus eſſe.*

ibid. In partem alteram debeant emicare) Fulvius de conjectura legit: *evitare.*

ibid. Tertium ex utroque medio temperatum, medium nuncupavit) corrigendum ex mſ. *ex utroque modicè temp.*

ibid. Puerum docilem) Mſ. *docibilem.* quod puto eſſe Apuleji. ſic & pag. ſeq. in eodem mſ. eſt: *indocibilitas.*

ibid. Inter pudicitiam libidinoſamque vitam, & abſtinentiam & temperantiam poſuit) Manuſ. *vitam*

vitam abſtin. & t. p. deleta priora ſcopula.

ibid. Nec vitia temeraria & intemperata, ſed hinc atque inde permixta eſſe) hæc eſt doctiſſimi Vulcanii lectio, ſanè non nimis bona. Reponatur itaque ex impreſſis & ſcriptis libris germana: *nec vitia tamen mera & intemperata.* Merum & ſincerum idem valet, cui opponitur temperatum ſive mixtum. Illud *Temeraria*, eſt temerarium.

ibid. Malitiam vero deterrimi] Mſ. *deterrimam.*

Pag. 42. Sed etiam incumbere diſſimilitudinem] Mſ. *diſſimilitudine.*

ibid. Incommobilitas, dicta Græcè ἀναλγησία] legerim potius cum Mſ. ἀοργησία: qua voce etiam Ariſtoteles hac ipſa de re utitur.

ibid. Sed ea ſtupore deficit immobili] Mſ. *ſed à ſtupore deficit immobili.* quod vix eſt ut probem, placet adhuc doctiſſimi Rittershuſii conjectura libro veriſimilium 3. cap. 17. à me propoſita. *ſed ea ſtupore deſigit imm.* cùm præſertim & Stevechio & Colvio eandem placuiſſe, noſtrumque Lucium ſæpius ſic loqui videam.

ibid. Luxuriam applicat, id eſt appetitus volu-ptatem & deſiderium ad fruendum potiendumque hauſtus inexplebiles] Mſ. *app. voluptatis & deſideriorum ad fr. p. h. inex.*

ibid. Patrimonii prodigit facultates] Mſ. *patrimonia prodigit facultatum.*

ibid. Sed virtutes Plato habitum eſſe dicit mentis optimè & nobiliter figuratæ] Omnino legendum: *hab. eſſe d. mentis optime & nobiliter figuratum.* Sic enim diſertim mſ.

ibid. Iracundias ſemper domitas & infrenis habet] Mſ. *ſemper indomitas & infrenis habet.*

Pag. 43. Eas igitur, quæ ex omnibus his conſtant, dicimus eſſe perfectas] Mſ. *Conſtent, dicemus eſſe perf.*

Pag. 44. Et item fidelitatis vocabulo nuncupatur) Malim cum mſ. *Et verè f. v. nuncupat.*

ibid. Eorum quæ pacta ſunt Symbolæ) Manuſ. συμβολῆ.

ibid. Ut ſingulis in agros dominatus congruens deferatur ac ſervetur bonis potior, minor non bonis.] Mſ. *Ut ſingulis magiſtros dominatus c. d. ac ſervetur bonus optimis, optior minor non bonis. Adhoc bonus quiſque. &c.* qua lectione quid fieri debeat, aliorum facio judicii. Illud, *Adhoc*, probo, quia probum & antiquum. Infra 5. de aſin. pag. 81.

ibid. Alterius vero religioſi & inhumani) Religio mihi eſt Vulcanianam hanc probare lectionem. malo cum ſcriptis & impreſſis; *Alterius irreligioſi & inhumani.*

ibid. Facultates ſuas divino illi bono ſimiliores eſſe velit) Alter mſ. *divino illi & caleſti bonis ſimiliores ſe velit.* Alter verò ſic; *divino illi & caleſti boni ſimilior eſſe velit.* Mihi aqua hæret. Mendam eſſe puto, in verbis: *facultates ſuas:* Fortaſſe: *facultate ſua: divino illi & caleſti bonus ſimilior eſſe velit.* Malus irreligioſo', bonus divino ſimiliorem ſe mavult. Imo videtur relinquendum: *facultates ſuas:* poſteaque legendum: *ſimiliores eſſe velit.*

Pag. 54. Hanc ἀνάξιον ληκύθου diffinivit Plato) Mſ. neſcio quid monſtri alit: Hanc Aῦ NOMC INTOT MOI NAC ΦYTON aac KEIN definivit Plato.

ibid. Exercitatione valetudo corporis gratiaque continetur') Mſ. *retinetur.*

ibid. Profeſſionemque juris blandam, & aſſentationum illecebris turpes profitentibus) Rectè Mſ. *aſſ. illecebras.*

ibid. Sophiſtice imitata juridicialem ſtatum, dat opinionem ſtultis, quaſi Juſtitiæ ſtudeat) Mſ. *dat opinionem ſtatus q.*

ibid.

ibid. Et verum colorem ac deſideriam ſanguinis mutat) Mſ. *ac deſiderium.* alter: *ad deſideria.*

Pag. 46. Semper videri mala, quoniam nocent) Mſ. *quando nocent.*

ibid. Ægritudinem, egeſtatem & ſimilia) Mſ. *& cætera.*

ibid. Ad earum conſortium ſe jungere] Mſ. *eorum.* ſcilicet, vitiorum.

Pag. 47. Ea illi etiam noxia videbuntur. Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiis, quia ea poſſident, habere hoc etiam cum obit non poteſt) Mſ. *videbuntur, vitiiſque ſubjectus erit, qui ea poſſidet, haberi ea* (alter mſ. *hæc*) *etiam obit. Unde colligitur bona hæc ſimpliciter dici non oportere, ut etiam ea, quæ ſunt morboſa, quæ pauperiem cæteraque exiſtimari oportet.* Judicent eruditi.

Pag. 49. Non neceſſarias Cupidines acuunt) Liber Fulvii & Vulcanii: *non neceſſariæ cupidines ſunt.*

ibid. Conditionibus ſuis preſſerunt, Tyrannidis eſt luxurioſa & plena &c.] Mſ. *cond. ſ. præceſſerint. Tyrannidis tenus & luxurioſa & plena libidinis vita. quæ ex infinitis, diverſis & illicitis voluptatibus conflata.*

Pag. 50. Sed illum peſſimum videri, quòd nullum malignitatis ſuperlatio poſſit excedere] Mſ. *ſed eum peſſ. videri. quem nulla m. ſ. p. exc.*

Pag. 51. Imminui poſſunt vel fraudibus interire] quid ſi: *funditus interire?* Et mox: *nocere alteri malorum omnium maximum ſit.*

ibid. Siquidem gravius eſt] Manuſc. *ſicut gravius eſt.*

ibid. Ita eos, quorum animæ vitiis imbutæ ſunt, nec curari queunt, medicina ſapientiæ eos mori præſtat] Manuſcriptus: *Ita eorum, quorum a. v. i. ſ. n. c. queunt medicina ſapientiæ, commori præſtat.*

praſtat. interpunctio hæc bona eſt : de lectione dubito.

ibid. Vita exiſtimat Plato eſſe pellendum] Mſ. *Plato noſter eſſe p.*

ibid. Sed ſubire ſervitium] Mſ. *ſervire ſervitium.* Plautinè.

Pag. 52. Poſt hæc ut his excluſis] rectè manuſ. *Poſthac vitiis exc.*

Pag. 53. Sibique perſuaſerit pertinere res ſuas ad immortales deos] Mſ. *perſuadeat.*

ibid. Diem mortis ſuæ propitius nec invitus expectat] quid ſi, *promptus* ?

ibid. Hoc ipſo deorum ſe conditioni conciliat] Mſ. *hoc ipſo uſu deor.*

ibid. Solus videatur poſſidere virtutes, opes etiam, quia ſolus &c.] Mſ. *poſſidere virtutum opes, quia etiam ſolus.*

ibid. Egeſtatem namque non abſtinentia pecuniæ, ſed præſentia immoderatarum cupidinum gignit] Et ſenſus & veteris libri conſenſus Vulcanii conjecturam probat, legentis : *non abſentia pecuniæ.* Pulchra antitheſis.

ibid. Omni fortunæ contumax] Cum Vulcanii manuſc. paria facit Urſinianus, legitque : *omnium contumax.*

Pag. 54. Eum, qui ſit gnarus bonorum, cupitorem quoque cujuſmodi rebus eſſe] Mſ. *cupidum quoque ejuſmodi rerum eſſe.*

ibid. Sed neque obiti cauſa lamentationes ſuſcipi oportet, ſi ſciamus illum neque aliquid mali paſſum, ac ſi fuerit bonæ voluntatis, etiam melioribus aggregatur] Mſ. *aggregatum*, elegantius.

ibid. Ut Dei meritis ſapiens provehatur] Mſ. *Dei merito.*

Pag. 55. Cui & bona ſuppetunt] Mſ. *Cujus & bona ſ.*

ibid.

ibid. Cum ad perfectionem vitæ nihil deeſt] Mſ. *ad p. via n. d.*

ibid. Ad ornamentum quidem genialis loci eſt virtutis] Mſ. *gen. loci vel virtutis.*

ibid. Niſi perpetiendum eſſe iſtud lex divina decreverit] Mſ. *niſi neceſſario perpet.* Et poſt: *accerſire ſibi tamen eum mortem non debere.*

ibid. Ad imortalitatem animam ire permittit, quæ quod piè vixerit, præcipit fortunatorum habitaturam locum] Mſ. *permittit, & eam, quod p. v. p. f. habituram locum.*

Pag. 56. Cæteras verò, quæ non ad hunc modum forent conſtitutæ, non arbitrabatur ſanas civitates. Eas demum &c.] Ex mſ. inſerenda hæc ſunt: *civitates, ſed tetras & morbis tumentes reſpublicas. Eas demum &c.*

ibid. Frangat potioris cum conſilii diſciplina] τὸ *Cum* abeſt à mſ.

Pag. 57. Iis in quorum tutelam atque fidem reſpub. ulla credatur) mſ. *reſp. illa creditur.*

ibid. Ut cæteris janua non recluſa] Manuſ. *recluſis.*

ibid. Non virile tantummodo, verum etiam feminarum) Mſ. *non virilis ſexus tantummodo.* ut vehementer ſuſpiter cum Colvio legendum: *virile ſecus.*

ibid. Non ut ſuperior ſine evidenti) Mſ. *ſine evidentia.*

Pag. 59. Prudentiæ ornamentiſque cæteris vitæ honores maximos deferentes) Mſ. *pudicitia caeteriſque vita ornamentis h.*

ibid. Quatuor culpabilium civium genera ſunt) Mſ. *genera eſſe.*

ibid. Paucorum divitum potentiæ ſubjacentes) Mſ. *divitum impotentia ſub.* Sic Petronius: *Cliensque cenas impotentium captet.*

ibid. Omnemque regendi poteſtatem nec mores boni, ſed opulentia fuerit conſecuta) Mſ. *non mores boni.*

ibid. Simili legum conjuratione adoptatus imperium invaſerit) Manuſc. *adoptatum imperium invaſit.*

NOTÆ

In librum Apuleji de Deo Socratis.

Pag. 60. ET in iſto, ut ait Lucilius, ſchedio & incondito experimini) Manuſcript. *Etiam iſto.*

Pag. 61. Neque collimato pro fronte ſitu] Alter mſ. *coliniato proponte.* Alter *conlineato pro fronte.* Legendum potius, *collineato*, quàm collimato: ſicut & in Cujaciano libro fuit. vide infra p. 170.

ibid. Ne dum laudem hanc novam capto, parvam illam, quam ante peperi, cogar amittere] Mſ. *capto, pariter parvam illam.*

Pag. 62. Quæ ex omni avicio longe præcellit, viduata delitiæ facundi Dei] Mſ. *Quæ omi a. l. p. voce viduata, &c.*

ibid. Ut ne id ſaltem olori concederet] Mſ. *ut ne illud ſaltem*: Alius mſ. *ut ne hoc ſaltem,* quod etiam placet, ut ſit, *hac re.*

ibid. Ut cætera Latinæ materiæ perſequamur, nam & in principio vobis diverſa petentibus ita memini polliceri] Mſ. *ut catera Latinè narrare perſ. nd. & in p. v. tendentibus &c.*

ibid. Satis oratio noſtra atticiſſaverit] Manuſc. *or. noſtra ceſſaverit.* Alter codex Fulvii. *Atticu faverit.*

ibid. Pars iſta poſterior per illa Græca quæ antevertit] Mſ. *Ars iſta poſterior pra illa G.*

ibid.

ibid. Cenſuitque ſummos Deos] Mſ. *Cenſuitque eſſe ſummos.*

Pag. 63. Quæ tamen indeflexo & certo & ſtato curſu] Mſ. *Quæ tamen inflexo.*

Ibid. Tunc progreſſus, tum autem regreſſus] Mſ. *tunc verò reg.*

ibid. In eodem viſibilium Deorum numero cetera quoque ſidera, qui cum Platone ſentis, locato, Arcturum, Geminos, Leonem, alioſque itidem radiantes Deos] Manuſc. *Arcturum p. hy. g. t.* Quæ ſic ſagaciter reſolvit Fulvius: *Arcturum pluviaſque hyadas, geminoſque Triones.*

ibid. Mundi, ut ait Ennius, clypeo] Sic Varro de ling. latina Ennium dixiſſe ſcribit. *in altiſſimo cæli clypeo.*

Pag. 64. Vana ſanctitudinis, priva veræ rationis] Mſ. *parva vera ra.*

ibid. Scrupuloſiſſimo cultu, inſolentiſſimo ſpiritu Deos negligit, pars in ſuperſtionem, pars in contemptum tumida] Aſſentior Fulviano codici legenti: *inſolentiſſimo ſpretu Deos negl. pars in ſuperſtitione, pars in contemptu tumida.* Spretus, id eſt, contemptus.

ibid. Omnes, ſed inſcie metuunt] Mſ. *Omnes ſed veriſſime metuunt.*

ibid. Sua quidem natura remotas] Mſ. *Suaque natura rem.*

ibid. Ad omnia competentia ſibi prompto nutu] Mſ. habet, *promptu*, pro *prompto nutu.*

Pag. 65. Piacularibus ſceleribus incubuerunt] recipi in contextum Vulcanii conjectura potuit & ſcribi. *imbuerunt.* Sic enim habet Fulvii liber.

ibid. Nullo inter ſe propinquo communicatu: cùm & habitacula ſumma &c.] Mſ. *concomitatu: cum ea habit.*

ibid. Quid igitur nullone connexu Natura ſe

ſe vinxit, ſed in divinam & humanam partem ſejugatam eſſe & interruptam & veluti debilem paſſa eſt?] Mſ. *humanam partem eam ipſe & interruptam ac veluti d. p. eſt.*

Pag. 66. Raritas conciliat ipſa rebus admirationem] in mſ. deeſt vox *ipſa.*

ibid. Quid igitur, orator objecerit aliquis poſt iſtam cæleſtem quidem, ſed pænè inhumanam tuam ſententiam patefaciam?] Ita & Fulvii alter legit. niſi quod pro *aliquis* habet, *alicui.* Magis autem placet alterius libri lectio: *tuam ſententiam faciam.*

ibid. At enim inter Rutilos recens cognitos] Mſ. *Rutulos.* quos non ignorat, qui Virgilium novit. Porrò totius hujus loci emendatio & Fulviano probatur codice.

ibid. An ut ferociſſimo] Manuſc. *An ut ſe ferociſſimo.*

ibid. Non uſque adeò ſejunctos] Mſ. *Non uſque adeo, inquit, ſejun.*

Pag. 76. Neque enim illos ſacris rerum humanarum, ſed contrectatione ſola removi] Mſ. *Neque enim illa ſacra rer.* Fortè: *illos à cura.*

ibid. Hinc precum, inde donorum, qui ultro citroque portant] Mſ. *quæ ultro citroque p.*

ibid. Interpretes & ſalutigeri] Fulvius mavult Plautinum illud: *Salutigeruli.*

ibid. Somniis confirmandis) Malo cum mſ. *conformandis.*

ibid. Orbitatem oculi comminarentur] Mſ. *comminarent.* Et ſtatim: *prædicerent.* Et ſtatim *Accio Navio Auguri.*

ibid. Poſtremo cuncta ariolûm præſagia, tonitorum piacula] Mſ. *Tuſcorum piacula.*

Pag. 68. Surſum in æthere] Mſ. *Curſum in æth.*

ibid. Uſque ad citima lunæ] Mſ. *citimam.*

ibid.

ibid. Ætheris ſurſum verſum exordium eſt] Mſ. *exortum eſt.*

Pag. 69. Ut ex regionis ingenio ſit & cultoribus ejus ingenium] Mſ. *ſit etiam cult.*

ibid. Non ſecus quam plumbi globus & lapis ſuapte vi caducæ terris illiderentur] Nimio placet manuſcripti lectio ; *plumbi robur vel lapis ſuopte niſu &c.* Sicut Lucretius robur ferri, robur æris dixit, pro ferro, ære. Sic lib. 9. pag. 167. *magno niſu ferro librato.* Et 166. *telum ſolo niſi violentia defixum*, id eſt, impetus.

ibid. Quippe ſi aliquo humore fæcundæ ſunt] Placet mſ. *ſi aqua humore f. ſ.*

Pag. 70. Sicut nubium genus eſt] Ita & Fulvianus codex, ut ita de veritate hujus lectionis minimè ſit dubitandum.

ibid. Qui noſtris oculis poſſit obſiſtere] Legendum cum mſ. *Qua voſtris.*

ibid. Radios omnis noſtris tuoris] Mſ. *noſtri oris.* Alius *noſtri vigoris.* Et ſtatim, *Hinc eſt illa homerica Min.*

ibid. lin. ult. Nec ad dolorem, nec ad voluptatem] Mſ. *nec ad d. verſus, nec ad volupt.*

Pag. 71. Debet Deus nullam perpeti vel operis vel amoris temporalem perfectionem] Mſ. *vel opis vel amoris.*

ibid. Donis invitantur & precibus leniuntur] Mſ. *donis mutantur.*

ibid. Promptis vel occultis] Mſ. *pompis.*

Pag. 72. Quorum dæmon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt] Mſ. *dæmon bonus animi virtute p. eſt.*

ibid. Quem noſtra lingua] Manuſc. *Cum noſt. l.* Vera lectio. *Eum n. l.*

ibid. Eæ preces, quibus Genium precamur ad conjunctionem noſtram] Mſ. *Genium & genus precamur conjunct. n.*

ibid.

ibid. Nec deſunt qui videantur mihi obteſtari) olim ex conjectura Fulvius, poſtea & ex mſ. legit: *obſtare.*

Pag. 73. Qui ex eodem numero juſtè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro numine poſtea ab hominibus præditi) Mſ. *pranomine poſtea ab h. p. Pranomine*, ſcilicet Dei, ut dicatur, Deus Æſculapius, Deus Oſiris &c.

ibid. In Africa Mopſus) Tertullianus tamen, libro de anima cap. 47. Mopſum in Cilicia nominat.

ibid. Qui ſemper à corporis compedibus & nexibus liberi, certis poteſtatibus curantur) Benè Vulcanius correxit, niſi quod cum Fulviano potius codice ſcribere debuit: *certis poteſtatibus curant. Curare alicui.* phraſis eſt vetuſta, qua ſæpiſſime hic noſter Madaurenſis utitur: & dixi de ea Suſpectarum lection. lib. 4. epiſt. 1.

Pag. 74. Sicubi tamen interfectis ſapientiæ officiis) Mſ. *interjectis.*

ibid. Quis igitur tali in tempore eſt ad dicendum exhortatus) Mſ. *in t. tempore ad d. exortus eſt:* Et ſtatim: *Experimentis catus.* vulgò *cautus.*

ibid. Cum rebus creperis & afflictis ſpectatores deligendi ſunt) Benè Fulvius: *Speclatores* ſive, *Speculatores.* κατάσκοποι.

Pag. 75. Serpentum eſcas exploratæ) Mſ. *explorandæ.*

ibid. Sui dæmonis præſagio regebatur] Mſ. *vi dæmonis præſaga regebatur.*

ibid. Quod autem incepta Socrati quæpiam Dæmon illi fermè prohibitum ibat) mſ. *quiſpiam dæmonum.*

ibid. Ne quiſquam arbitretur omnia eum vulgò loquentium captaſſe) Mſ. *omina eum v. l. captitaſſe.* Itidem paullò pòſt Fulvius legendum cenſet. *Præterea*

terea ſi omnia obſervitaret. Et rurſus pag. ſeq. *Nimia omnium ſuperſtitione.*

Pag. 76. Certè qui omnium ariolorum vocem audiunt, ſæpenumero auribus ſuis uſurpant vocem, de qua nihil cunctentur: quam ſciunt ex ore humano profectam) Mſ. *Certè quid omnium Arioli voces audiunt ſap. a. ſ. uſurpatum v. d. q. n. c. de qua ſciunt &c.*

ibid. Non vocem quam dixit oblatam) Mſ. *ſed ducem quamp.*

ibid. Ita & Socrates eam quidem ſibi &c.) Mſ. *Ita ut Socrates eam, quam ſibi.*

ibid. Non modo auribus, verum etiam oculis ſignum Dæmonis ſui uſurpaſſe) Mſ. *non modo auribus eum, verum e. o. ſigna d. ſ. u.*

Pag. 77. Ac nos ſtudio philoſophiæ pari, ſimilium numinum caventes permittimus] Mſ. *Ac nos ſedulo ſtudio ph. p. &c.* Vulcanii conjectura legentis, *aventes* pro *caventes*, eſt ipſo ſanè digna, hoc eſt, homine acuto: ego tamen manuſcriptos ſequor. Caventes ſimilium numinum dicit eos, qui veriti conſcientiam Genii ſui (quem ſuperius arbitrum & teſtem omnium non modo actuum, ſed & cogitatorum dixit) philoſophiæ ſe ſtudiis dedunt, tanquam quæ ſit virtutis indagatrix, expultrix vitiorum.

ibid. Quæ quidem ratio vivendi] Mſ. *quod quidem.* Placet, ut idem ferè valeat, quod ſiquidem, quandoquidem.

ibid. Planè quidem villas opipare extruunt) Mſ. *Villas, opida exſtruunt.* Sic & pag. ſeq. ſcriptum: *opidorum ſuppellectilem.* pro *opiparam ſuppel.*

Pag. 79. Nec à ſuffragio adminiculum) Poterat Vulcanius Colvii & Stewechii emendationem in contextum recipere. ut legeretur: *amiculum.* Nam ita & Sarisberienſis & Fulvii codex repreſentat.

ibid.

ibid. Charybdi conſpectus eſt nec retentus eſt.] Mſ. *conſeptus eſt.* Optimè.

NOTÆ.

In Apuleji librum primum de Aſino.

Pag. 2. AC dum is jentaculum ambulatorium prataque præterit, ore in latus detorto pronus allectat] Ægroti ſunto ſomnia, quæ de hoc loco ſuſpectar. lect. lib. 1. epiſt. 4. ſcribſimus. & quamvis ne nunc quidem certiora habeam, potiùs tamen legerim: *Ac dum is jentaculum ambulatorium prataque quæ præterit, ore in latus detorto pronus adſectat.* Jentaculum (ſive, ut eſt in Colviano & Fulviano mſ. ſemper, in aliis etiam aliorum auctorum ſcriptis exemplaribus plerumque, *Jantaculum*) appellat, gramen quod equus ille ambulando appetit. Sic infra pag. 11. caſeum cum pane appellat *jentaculum*. *Affectat.* ut infra pag. 11. *avidus affectans poculum.* Et lin. 10. *pabulum graminis libens affectabam.*

ibid. Tam abſurda, tamque in mania mentiendo] Malim cum Bertin. *inania*, ut in Apologia pag. 301. *Quæ omnia tam falſa, tam nihili, tam inania oſtendam.*

ibid. Impertite ſermone non quidem curioſum] conjectura Fulvii: impertite hominem non q. c.

ibid. Ego denique veſperna: dum polentæ caſeatæ offulam grandiorem in convivas æmulos contruncare geſtio] Non uſquequaque ſana hæc ſunt. Primum enim teſtatur Colvius in omnibus cuſis & ſcriptis codicibus legi: *veſpera*, quomodo & ego in Bertiniano ac Fulviano mſ. reperi. laudat Chariſius lib. 2. Cæſaris hæc ad Frontonem verba: *veſpera fatigatus, luce dormitans*, ubi *Veſpera* pro

pro *Veſperi* dixerit, ſicut luce, mane: Veſperna verò pro veſpernæ ſive cenæ tempore, Latinum non eſt. hic infra pag. 61. lib. 4. *demonſtrat horreum, ubi veſpera argentum recondi viderat.* Deinde in libris quibuſdam legitur: *polenta caſeata mordico ſecurius offulam grandiorem &c.* In aliis: *modico ſecurius.* In Bertiniano: *mordicibus ſecurus.* In Fulviano: *modico ſecus.* quod poſtremum neſcio locum ne hic habere poſſit. Inferius quidem pag. 13. *Modico ſecus,* uſurpat, pro paullò ulterius. *Et cum dicto*, inquit, *modico ſecus progreſſus oſtium accedo.* Sic *paullò ſecus* inf. pag. 231. *Exemplum ejus rei paulo ſecus ſimilimum*, quod Græcis eſt μικρὸν δεῖν. An igitur & hic dixit Apulejus, ſe offulam modico ſecus grandiorem polentæ caſeatæ deglutiſſe? *Grandior polenta*, Græciſmus, pro grandior quàm polenta.

ibid. Et tamen Athenis proximo & ante Pœcilen] Malim, *proxime*; quaſi dicat: Proximè Pœcilen, & quidem ante Pœcilen. *proximè* cum accuſandi caſu jungi novum non eſt iis, qui Salluſtium, alioſque auctores triverunt.

Pag. 3. Quod ingreſſum primum fuerit ſtabulum] Bertin. cod. & hic & inf. pag. 12. habet *ingreſſui.*

ibid. Hic tibi merces poſita eſt] Mſ. *Hæc tibi.*

ibid. Me vera comperta memorare] Malim, *verò*, hoc eſt, verè, revera, ut in Suſpectis dixi.

ibid. Commodum veſpera oriente] Bert. *admodum.* id eſt, ferè, circiter, quo nihil eſt apud Livium frequentius, ut lib. 43. *exacto admodum menſe Februario.* Cic. *Curio literarum nihil admodum ſciebat.* Cæſar. v. bel. gall. *Turres admodum cxx. excitantur incredibili celeritate.*

ibid. Fortunæ deterrima] Bert. *determina.* id eſt detrimenta, ramenta.

Pag. 4. Jam adlubentia proclivus eſt ſermonis

& joci, & ſcitum eſt cavillum] Bert. *Jam a lubentia.* placet, ſed poſtea lego. *proclivus eſt ſermo, riſus & joci.* id eſt, & jam incipiebamus poſt lubentiam & hilaritatem ex cibo & potu contractam varia garrire, ridere & jocari. Sic lib. 2. pag. 27. *Jam epularis ſermo percrebuit, jam riſus adfluens & joci liberales, & cavillus hinc inde.* Nævius Proteſilao: *Cachinnos, joca, dicta reſitant.* Lucret. *Tum joca, tum ſermo, tum dulces eſſe cachinni.* Cicero in Cæliana. *ludus, jocus, convivium, ſermo penè omnium familiarium deferendus.* Et 2. de fin. *Non hilaritate nec laſcivia, nec riſu aut joco.*

ibid. Secundum quæſtum Macedoniam profectus] Mſ. *ſecundo quaſtu Macedonia prof.*

Pag. 5. Ac mox urigine percita] Mſ. *uredine.*

ibid. Et ſtatim miſer, ut cum illa acquievi, ab unico congreſſu annoſam ac peſtilentem contraho] Manuſc. *anatem ac peſt.* Non mihi liquet ſatis, quid vel ſcripta, vel impreſſa ſibi velint. *Anatem* Feſtus ait morbum anuum ſive vetularum dici ſolitum: pro quo ſunt qui *Anitatem* legere malunt. ſed utrumque in gloſſis Græcolatinis invenitur: *Anas* γῆρας κατ' ὀρχὴν ϑεῶν *Anitas* γραότης. In gloſſis quidem Placidi; itemque Vaticanis lego: *Anate, ſollicitudine cura. Anis, grandis major natu. Anitas, adultas.* (in placidi *Annitas, adultas*) *interdum ſenectus eſt. Anit, incumbit.* Quod ſi, *Anatem* apud Apulejum cum v. c. probamus, particula, *Ac*, valebit, Ac quidem, & quidem. Terent. *quid ait? cognoſcit ne? Ch. ac memoriter.* Plaut. *dabitur opera atque in negotio.* ID. *Ecquid is homo aceti habet in pectore? C. atque acidiſſimi.* Petron. *unus & ſenex non erit gravis.*

ibid. Operulas etiam &c.] Mſ. *opellas.*

ibid. Quo me ad iſtam faciem] Ipſe etiam Colvius teſtatur, in pluribus libris eſſe; *Quod me.*

Docu-

Docui exemplis *Quod*, pro *quoad* uſurpari ſolitum. ſuſpect. lib. 4. cap. 6.

Pag. 6. Quæ cum, ſubinde ac multi nocerentur] fortè *cum ſubinde ac inulta noceretur.* Vel *quæ perinde ac multi noceretur.* Plaut. mil. act. 5. ſc. ult. *Te non nociturum hominem hac de re neminem.* Sic ibi veteres libri.

ibid. Ad aquas ſterilem tranſtulit] Bert. *ſterilem*: ſed vulgatum probari Suſpect. lect. 4. cap. 6. Gruter. & Douſa F. *ab aquis ſterilem.*

Pag. 7. Suppoſito & probe aggeſto] Bert. *probe adjecto.* fortè *attecto.*

ibid. In inverſum cooperit ac tegit] Placet Rittershuſii lectio: *univerſum.*

Pag. 8. Nam etiam, ne quid demutaret] Bert. *ac etiam.*

ibid. Ad priſtinum ſtatum integræ reſurgunt] in Bertin. non eſt, *integra*

ibid. Cui videbor veriſimilia dicere] Alii libri. *virif. differentia.* fortè *veriſimilia differere, etiam proferens vera.*

Pag. 9. Latronibus infeſtari vias] Bert. *infeſtari vicis.* fortè *vicos.*

ibid. Injecta atque obdita parte funiculi]. Bert. *obducta*, id eſt, circumducta.

Pag. 10. Et miſſo capite laqueum induo] Malim: *emiſſo*, id eſt, collo protenſo.

ibid. In alium ſermonem intentionem ejus derivo] Fulvius *interrogationem ejus denuo derivo.*

ibid. Næ merito, inquam, medici fidi, cibo & crapula diſtentos ſæva & gravia ſomniare autumant] Lipſius fidis illis medicis parum habet fidei, putatque arceſſendam rationem aliquam vocem, nempe: *Medicifici.* ego conjeci: *Medici filii*, vel *Medicum filii*, *ἰατρῶν παῖδες.* Luciano, *Ἀσκληπιαδῶν παῖδες.* Athenæo.

Pag. 11. Et brevitas ipſa commeantium] rectè v. c. *crebritas*.

ibid. Explere latice fontis lacteo aſſurgit] fortè *fontis*, *ille atque adſurgit*. Atque pro ſtatim.

Pag. 12. Tu vir, ut habitus & habitudo demonſtrant, ornatus] vox *ornatus*. videtur delenda; quaſi dicat: miror te virum ſic inſtar mulieris eſſe credulum. Sic lib. 9. Pag. 167. *quidam procerus*, *& ut indicabat habitus atque habitudo*, *miles*.

ibid. Ego verò nihil impoſſibile arbitror, ſed utrumque fata &c.] In Bert. deeſt particula, *ſed*; rectè.

ibid. Quæ tamen ignaro relata fidem perdant] In Bert. *ignaruro*, correxi: *Ignaruri*. Sic enim Plautus loqui ſolet, quem Apulejus imitatur non Sidonium, qui me temere correxiſſe dicunt latine prius loqui diſcant.

ibid. Remoto inquam joco] Bert. *ſemoto*.

Pag. 13. Ampliter nummatus & longe opulentus] Bert. *ampliter munitus*.

ibid. Perſpicuè Demeas meus in me conſuluit] Diu eſt, cùm ex Bert. lego, *proſpicuè*. id eſt, bene mihi proſpexit.

ibid. Meliora, inquam, ominare: & poſt reſponde, dic oro, an,] Lego ex Bert. *Meliora inquam nomina*, *& potius reſponde*, *an*.

Pag. 14. Diu eſt, quod intervìſimus te. At Hercules exende cum] lego: *te ac Hercules*.

Pag. 15. Hoſpitibus parcitis? Quid tam magnis?] Bert. *parcitis qui tam*. Rectè.

ibid. Prudentis condiſcipuli valido conſilio] ſine dubio legendum: *Callido*. ſimilis ille Petronii locus Pag. 11. *Ridere acumen non minus concionum*, *quam calumniantium cœpimus quod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidiſſent*.

NOTÆ

NOTÆ

In Apuleji librum ſecundum de Aſino.

Pag. 17. AUrum in gemnis] rectè Bert. *in genis.*

ibid. Nexu germanitatis una coaluimus] Bert. pro *una*, habet, *ambæ.*

Pag. 18. Et ſi fontes.] Bert. *fomites.*

ibid. Vibrantur undam] Bert. *umbram.*

ibid. Vite pendentes] Bert. *rure pendentes.*

Pag. 19. Imis tartari & in vetuſtum Chaos ſubmergere] Mſ. *in ima tartari.*

ibid. Nam & illa urit perpetuum] Mſ. *perpetim.*

ibid. Poterit fabulis miſeris explere pectus] *Miſeris* ſcaœc, quamvis libri varient: & hi *miris*, alii *Mileſiis* legant. Probo, *Mileſiis* ſicut in principio libri hujus dixerat: *at ego tibi ſermone iſto Mileſio varias fabellas conſeram.*

Pag. 20. Sæpe retrorſa reſpiciens] Bert. *retrorſus.*

Pag. 21. Licet omni gratiarum choro ſtipata] Mſ. *Omnium.*

ibid. Ornata non poſſit abire] ſcio ferri poſſe, fuit tamen cum mallem: *aberi*, ſeu, *haberi.*

Pag. 22. Dulce & amarum guſtulum carpis] Bertin. *Oſculum.*

ibid. Prima face cubiculum tuum adiero] Bert. *adero*: ſic infra 74.

ibid. Et alacrem vigorem libidinis] Fulvii v. c. *acrem virorem.*

ibid. Hac enim ſitarchia navigium Veneris indiget] Bertin. *Navigio.*

Pag. 23. Iſtam lucernæ Sybillam paſcimus] Bert. *lucernæ fibram.*

Pag. 24. Tam duram imo vero Ulyſſeam] Bert. *diram.*

ibid. Iter dexterum porrigas] Bertin. *dexter porrigas.*

Pag. 25. Quod nobis ſine feriali officio indixeras] malim. *feciali.*

Pag. 26. Glabellum feminal roſea palmula potius obumbrans] Elegans ſanè lectio, hoc eſt, auctore ſuo Lipſio digna. Sed mſ. legit: *glabellum femen vel roſula palmula &c.*

ibid. Peregrinationis poterit afferre] fortè *ſplendor inſidias, contemptus etiam peregri nato vis poterit afferre.*

Pag. 27. Ampli calices, variæ quidem gratiæ, ſed pretioſitatis unius] Mſ. *varii quidem gratia, ſed.* Et ſtatim: *Argentum albidarum.*

ibid. Fercula copioſa ſcitule ſubminiſtrata, pueri calamiſtrati, gemmas &c. Ita Bert.

ibid. Perpeti celeritate alienam ſepulturam antevortunt] rectè mſ. *Prapeti.*

Pag. 28. Ac ſi aggeratis in cumulum ſtragulis & effultis in cubitum, ſuberectuſque in torum porrigit dextram] Fulvius mavult. *effultus.*

Pag. 30. Ut tantillum animalis præ nimia ſui fiducia mihi turbaverit animum] Nihili ſunt hæc. Sed meliora quæ mſ. habet. *ut t. a. praſentia ſui fiduciam mihi turbarit & animum.*

Pag. 31. Sic in modum ſuperbi juvenis Adoni vel muſteluatis pipletis laceratus atque diſcerptus] Aldi editio: *muſtelatis peplis laceratus.* mſ. quidam *muſculoſis peplis laceratus.* Simpliciſſima videtur lectio. *Muſai vatis pipulus laceratus.*

ibid. Lamentabiles queſtus ſingulis inſtrepebat] Malim: *ſingultim ſtrepebat.* Stevechius *Singultibus interſtrepebat.*

ibid. Ac dum in proxima platea refovens animum

mum &c.] Et mſ. & contextus ſuadet legendum: *refoveo*. ſi tamen mox legatur: *dignumque me*.

ibid. Sævire vulgus interdum] bona eſt Fulvii conjectura legentis: *incertum*.

Pag. 32. Reducere pauliſper ab inferis ſpiritum] ſic Bertin. Idem mox. *lineis amiculis*. Et, *baxeis inductum*.

ibid. Per nocturna ſilentia & adepta coptica] Fulvius ſuſpicatur legendum: *adyta coptica*.

ibid. Jam ſpiritus corpus impleri] ſic Bert.

Pag. 33. Torum tepentem adultero mancipavi] ita Bertin.

Pag. 34. Dumque bibere ſolitarium poſtulant] Variæ ſunt hic & librorum lectiones & doctorum conjecturæ, atque utinam ne & vanæ! Lego cum Fulviano mſ. *Dumque bibere ſalutaria poſtulant*. hoc eſt, dum pro ſalute amicorum potare cupiunt. Salutarius & ſalutaris, ſicut vulgarius & vulgaris, ſingularius & ſingularis.

ibid. Ut vix improvidæ noctis caligine liberati digitis pedum detunſis ob lapides, hoſpitium defeſſi rediremus] Mſ. *librati*.

ibid. Dumque jam in vicum proximamus, ecce tres quidem utres & vaſtulis corporibus fores noſtras ex ſummis viribus irruentes, ac ne præſentia quidem noſtra tantillum conterriti, ſed magis magiſque cumulatione virium] Ita Bertin. rectè, niſi forte *utres* delendum, legendumque *Tres quidam*. quomodo alibi quoque apud Apulejum legi.

NOTÆ

In Apuleji librum tertium de Aſino.

Pag 35. ET me ſecuræ quieti revulſum nox diei reddidit] Mſ. Fulvii : *remulſum.*

ibid. Inter tot millia populi circumſedentis) fortè : *circumſequentis.*

Pag. 36. Circumductus angulatim forum ejuſque tribunal aſtituor] fortè *in forum & uſque trib.*

Pag. 37. Potulentus alioquin] mſ. *poculentus.*

ibid. Heus pueri quin maribus animis] ita Bert.

ibid. Pedibus meis morſicus inherentem] Ita Fulvianus.

Pag. 38. Fugare atque proterrere] Suſp. lect. 3. cap. 8. docui ex v. c. legendum : *perterrere.* vid. pag. 63.

ibid. Validiſſimè viribus aggreſſus] in Bert. non eſt, *viribus.* Malim. *validiſſimè me aggreſſ.*

ibid. Effligere lapide geſtit] Bert. *effingere.* vide quæ dixi ſuſp. lect. 3. cap 8.

Pag. 39. Conſpicio prorſus totum populum riſu cachinnabili diffluebant] Rectè Colvius & convenienter ut in mſ. conjecit, *diffluentem.*

ibid. Hujus in primis diſtituti fortunis ſuccurrite] ſic malim cum Bert.

Pag. 40. Præcedens facinus inſtaurare nova oſtenſione] Malim. *offenſione.*

Pag. 41. Iſte Deus auctorem ſuum propitius ubique comitabitur] Mſ. auctior : *auctorem & tutorem ſuum.*

ibid. Dignioribus meiſque majoribus] Puto legendum *meique majoribus.* vide notata ad pag. 141.

Pag. 43, Nec unquam magis artis hujus violentia nititur] fortè : *utitur.*

ibid.

ibid. Clamculo præcepit ferre] Bertin. & Lipſian. codd. *præcipitavit ferre.* fortè : *præcipit auferre.*

Pag. 45. Renidentibus crinibus] Suſpect. lect. lib. 3. epiſt 14. rem auctorem dedi emendationi huic meæ : *renitentibus.* nunc idem Fulviano codice confirmari video.

ibid. Omnibus abjectis amiculis] Manuſc. *amictulis.* Mox Bertin. habet : *intecti atque nudati bacchamur.*

Pag. 46. Etiam in alium diem nos attinuit) Mſ. *nox attinuit.* ſed ſuſpicor legendum : *etiam in altum diem nos attinuit.* id eſt, in multam lucem.

ibid. Præſentis tantum facti ſtupore defixus] Rectè Bert. *præſentis tamen facti.*

ibid. Defrictis adeò diu pupillis] Mſ. *deſtrictis.*

Pag. 47. Per iſtas tuas papillas] Fulvius mavult. *pupillas* id eſt, oculos.

ibid. Siccine me vix à lupis conſervo Theſſalis] ita Fulvianus codex alter : quamvis in alio libro ſit : *lupulis.*

ibid. Quamque futilibus tanta res procuretur herbulis] ita ſanè & ſcripti quidam libri. In aliis tamen *herculis* legitur. Et quis ſcit, an non penitius aliquid lateat, quod Petronii loco adfine ſit : *Itaque harcula herbarum omnium ſuccos Democritus expreſſit.* quid ſi non prorſus hinc alienus eſt locus libri 2. pag. 19. *ſurculis & lapillis & id genus frivolis inhalatis?* De quo cogitent me doctiores & ſtudiis gravioribus minus occupati.

Pag. 48. Nec ullum miſeræ reformationis] Bert. *miſera format.* fortè, *miſer reformationis.*

ibid. Quærens de facto Fotidis, ſed jam humano geſtu ſimul & voce privatus] Manuſ. *& vocali privatus.*

ibid. Roſis tantum demorſicatis exibis Aſinum] Mſ. *exues Aſinum.*

Pag. 49. Denique agnito ſalutari præſidio] Bertin. *attento.*

ibid. Telum aliquod quæritans omnem faſcem lignorum poſitum aſcendit] ſic rectè Bert.

Pag. 50. Auxiliis hinc inde convolantibus obſiſtit occurſus hoſtilis] Mſ. *decurſus.*

ibid. Coruſcat in modum ortivi ſolis ignis & mucro] Mſ. *Orti bis ſolis.*

ibid. Conſtrictis ſarcinis ſinguli partiuntur] Manuſcriptus: *ſarcinis ſingulis partiuntur.* Et ſtatim: *gerulonum*, non gerulorum: ſicut Plautus *gerones* dixit.

ibid. Tunc opulentiæ nimiæ nimio ad extremas incitas deducti] Aliena hæc ſunt & abſona. nam *ad incitas* deductus dicitur, extremè pauper. tum *Extrema incita*, non ſatis video, quam latinè dicantur. Præfero igitur Bertinienſem ſcripturam: *opulentiæ nimiæ ad extremas metas deducti.*

ibid Gemino ſermone nomen auguſtum Cæſaris invocare tentavi] Mſ. *genuino.* Sic lib. 9. pag. 163. *Gallina clamore genuino velut ovum parere geſtiens, perſonabat.*

Pag. 51. Indicii futuri criminatione] Mſ. *indicii furti crim.*

NOTÆ

In Apuleji librum quartum de Aſino.

Pag. 51. NAm & rebus eos quibuſdam dorſo meo depromptis munerabantur] Melius quod in mſ. eſt. *Nam & rebus eorum quoſdam d. m. d.*

ibid. Compaſcuus cœtus attinere potuit] Malim cum Bert. *compaſcuus hortus.*

ibid. Si devius & protectus abſconditus ſumpto reme-

remedio] Fulvianus cod. *ſi divinitus protectus abs.* Nolo tamen diſſimulare verius mihi videri, quod ſane quam ingenioſè commentum cùm in Germania eſſem, mihi à neſcio quo ſubjici memini *ſi devius & roſectis abſconditus.* Pro, roſetis.

Pag. 52. Curſu me concito proripio] Bertin. *perconcito.* Modius malebat; *percito.*

ibid. Calcibus jactatis in eum crebriter jam mulctato graviter atque jacente contra proclive montis attigui fuga me liberavi] Manuſc. *mulctatum graviter atque jacentem contra proclivium montis attigui.*

Pag. 57. Cum viderem canes modò magnos & numero multos] Mſ. *modo & magnos & n. m.*

ibid. Et lubrico flexu ſaucia] Mſ. *ſatia.*

ibid. Jam in meridiem prono jubare] id eſt, devexo, ut Cicero loquitur. Bert. *pleno.* Propert. *Me media noctes, me ſidera plena jacentem, Frigidaque Eoo me dolat aura gelu.* quamquam & iſtic Scaliger ex mſ. ſuo *prona* legendum contendit.

ibid. Partim ſtudio feſtinatæ fugæ] Manuſc. *deſtinatæ.*

ibid. Meque in altioris vindictæ vicem] fortè: *meque majoris vindictæ vicem.* Immò nihil fortè mutandum ob locum lib. 9. pag. 160. *Mulier contumelia illa, quamvis juſta, tamen altius commota atque exaſperata.*

Pag. 54. Spinetis aggeratæ & quaqua verſus repoſitæ] Fulvius per illud Virgilianum interpretatur: *penituſque repoſtas Maſylum gentes.*

ibid. Et valles illas amnibus ſtagnantibus irrigans] Fulvius ex v. c. reponit: *agminibus*, id eſt, fluxibus. Idem nos ante emendavimus & confirmavimus Suſpect. lect. lib. 3. epiſt 22. quo lectorem remitto.

ibid. Caſula canulis temerè contecta) Mſ. *contexta.*

ibid.

ibid. Otioſa domi reſidens luſitabis] non malè legeretur : *eſitabis.*

Pag. 56. Sed illum quidem utcumque nimia virtus ſua peremit] ſunt libri, in quibus legas : *ſed illum quidem virum nimia.*

ibid. Placuit, ad hunc primum ferremus aditum, ut contempta pugna manus unicæ, nullo negotio cunctis opibus otiosè potiremur] Sic Colvius ex Lipſii libro legit, ſic in Bertiniano, ſic in Fulviano reperi. Emendare autem & illuſtrare conatus ſum libro ſuſpect. lect. 2. epiſt. 8. ut ſcilicet legatur : *contentâ.* ut nimirum pugna tali, quæ unius manu contenta eſſet, conficique poſſet, cunctis opibus potirentur. *contentus alicujus rei*, quam benè latine dicatur, ibidem docui, neque me ſententiæ etiamnum pœnitet, cum apud Vellejum libro 2. de Mecænate legam : *vixit anguſti clavi penè contentus.*

Pag. 57. Medium è re nata validum eo volente comminiſcimur] Mſ. *comminiſcimus.* Et ſtatim : *Anteſignarii noſtri.*

ibid. Cur enim manu, qua rapere & jugulare ſola poſſet, fortem latronem ſupervivere?] lego ex Fulviano mſ. *Cur enim manui q. r. & juvare ſola p. f. l. s.* Indicat amiſſa manu latronem eſſe inutilem, quare non decere ut ipſe manui ſuæ ſuperſtes vivat.

ibid. Qui manu ſocia volens occumberet] Mſ. *Sociali*, id eſt, ſociorum manibus.

Pag. 58. Maluit rerum ſingula, per latiorem feneſtram forinſecus nobis ſtilis rapienda diſpergere] eodem Suſpectarum lectionum loco indicavimus veram affecto huic loco medicinam, adeò ut contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat. Legendum ergò *nobis ſcilicet rapienda diſpergere.* Ac ne quis me putet plus æquo audacem iſtic fuiſſe : Sciat ſen-

tentiæ

tentiæ meæ ſuffragari jam Fulvianum codicem, in quo eſt *nobis ſcil. rap. diſp.* Nimirum non ſemper fallimur, qui curioſè literarum ductus obſervamus. In *ſtilis*, t pro c. & s pro z. ſcriptum fuerat, cum eſſe deberet, *ſciliz.* jam litera z. pro ſyllaba *cet.* poſita eſt, ut in Suſpectis docui.

ibid. In alienos lares jam certus erroris abjiceret] legendum: *lares incertus erroris.*

ibid. Quod enim ſtrenuè quidem, & ſatis improvide] Manuſc. *quem ſtrenuè.* Mox legendum *at ſatis.*

ibid. Tunc orbitatis duplici plaga petiti, jamque Thebanis conatibus abnuentes &c.] Manuſ. *Tunc exorbati diſcipuli, duplici p. p.*

Pag. 59. Venatores illi probatæ pernicitatis] Mſ. *illic.*

ibid. Præter cæteram ſpecioſi muneris ſuppellectilem] Mſ. *pretioſi.*

ibid. Servatis ſolerter unguibus] Bert. *ſolerter totis unguibus.*

ibid. Tergum omne raſura ſtudioſa tenuamus] Placet mſ. *Tergus.*

ibid. Sic inſtanti militiæ diſponimus Sacramentum ?) mſ. *imponimus.*

Pag. 60. Qui genere Thracio proditus) Bert. *productus.*

ibid. Quod poſt tantam cladem ferarum novo proventu quoquo modo fortunæ reſiſteret) Mſ. *provectu.*

ibid. Jubet novalibus ſuis confeſtim beſtiam ire) Sunt libri in quibus videas: *Jubet vivariis ſuis.* Idque verum eſt: jubet ſcilicet urſum in vivarium, quo aliæ beſtiæ coercebantur, deportari, firmant hoc proximè ſequentia.

Pag. 61. Colles frigidos & fontes amœnos) Rectius Bert. *calles amœnos.*

ibid.

ibid. Servato noctis illumino tempore] Mſ. *illunio.* quod Fulvio probatur ob Plinii locum in epiſtulis, quo *nox illunis* dicitur. Probatur & mihi: qui ſimilia multa meminerim efferri, ut vulgarius & vulgaris, ſingularius & ſingularis &c.

Pag. 62. Nam & facies urſæ, mediis ædibus diſcurrentis, ad proterrendos, ſi qui de familia fortè vigilaſſent, videbatur opportuna] aſſentior Fulvio ex manuſc. reponenti *perterrendos.* quam vocem in Suſpectis quoque lectionibus lib. 3. epiſt. 8. Apulejo alibi reſtitui, & ex Cicerone aliiſque ſcriptoribus idoneis confirmavi ſupra p.38.

ibid. His omnibus ſalubri conſilio rectè diſpoſitis, occurrit ſævus eventus] Manuſcr. *anxius eventus.*

Pag. 63. Miſerum funeſtumque ſpectatum adſpexi] in Suſpectis corrigebam: *ſpectatu.* ſed mſ. habet *ſpectamen.* qua voce Plautus non ſemel uſus eſt, & hic libri 7. pag. 117. *novum & hercules memorandum ſpectamen.* Et ſtatim. *turbellis immiſceor.*

ibid. Plateæ terminos cito gradu deferentes] Mſ. *concito.* quod ſtatim ſeq. pag. legitur.

ibid. Nullam fidem in vita reperiri] Mſ. *in vita noſtra rep.*

ibid. Tribus comitum deſideratis] Manuſc. *deſertis.*

Pag. 64. Gladiis armatis in lemures reformant] Fulvius conjicit: *reformati.* Stevechius: *in lemures ſe reformant.* Neutrum probo: quid autem dicam melius, non habeo.

ibid. Ventri tam profundo ſerviens, jam fermè tertium qualum rumigabam] Manuſc. *jam farinæ tertium q. r.*

Pag. 65. At illi introvocatæ anui præcipiunt aſſidens eam blando, quantum poſſet ſolaretur alloquio: ſeque ad ſectæ ſueta conferre] Bertinia-

num

num ſecutus codicem olim correxi : *conferünt.* nunc idem Fulvii libro continetur.

ibid. Faucium tendore] Mſ. *tundore.* Et infra : *lamentationes illicitas replicaret.*

ibid. Jam facto lacrimis iſtis viva exurere] In Suſpectis correxi : *Jam faxo.* quæ eſt minantis formula , ſic lib. 1. *ſed impune. jam enim faxo ſcias , quemadmodum ſub meo miniſterio mali debeant coërceri.*

Pag. 66. Nudis & incertis mucronibus] Mſ. *infertis.* alter : *inſertis.* fortè *infeſtis.* ſtatim mſ. legit. *non rapina manus affixit.*

ibid. Sic inſtar Athracis vel Pirithoi vel Proteſilai deſpectæ diſturbatæque nuptiæ] Mſ. alii : *Sic ad inſtar Atridis vel Paridis vel Proteſilai.* Alii *Artidis.* alii *Athidis.* Legendum tamen ex Jani Gulielmii ſententia : *diſpectæ.* In Bertin. *diſpeſtæ.*

ibid. Sed ecce ſæviſſimum omnium nunc etiam redintegratur , imò verò cumulatur infortunium meum] nauci non eſt hæc lectio. quam ex Fulviano ſic conſtituo : *ſed ecce ſæviſſimo ſomnio nunc etiam red.*

Pag. 67. Sed ego te narrationibus lepidis anilibuſque fabulis protenus evocabo] Mſ. *avocabo.* rectiſſimè. Sic lib. 1. pag. 12. *lepida fabula feſtivitate nos avocavit.* id eſt , delectavit. Sic Tertullianus , circulatorem ſeu agyrtam vocat. *avocatorem hominum.* Arnob. lib. 5. *Nonne vobis videmini aut textriculas puellas audire , tadioſi operis circumſcribentes moras , aut infantibus quarulis avocamenta quarentes anus longævas varias fictiones ſub imagine veritatis expromere ?*

Pag. 68. Fama porrecta pervagatur] Rectè Bert. *projecta.* id eſt , longè jacta , extenſa , interprete Nonio : Siſen. *Poſtquam ejus facti mentionem projecit.* Infra tamen lib. 5. pag. 74. *latius porrecta fama.*

ibid.

ibid. Ad conſpectum deæ Veneris navigabant) Bert. *vagitabant.*

ibid. Sacra deæ proferuntur, templa deformantur) Ita Bert. Sed ſtatim puto legendum; *pulvinaria proteruntur.* id eſt, contemnuntur & conculcantur.

ibid. Imaginem meam circumferet puella moritura) Bert, *morcina.* Correxi: *morticina.* ſic enim vocamus, quos turpes & cadaveroſa facie notare volumus. Plautus Perſa utitur.

Pag. 69. Et in pulchritudinem continuam reverenter viridica) Ita Bert.

ibid. Et incolumitatis ipſius fortuna damnavit) Mſ. *& columnitatis.* Et ſtatim. *tamque infimi.* quomodo & in ſuſpectis noſtris correxeramus. *Ibid.* Bert. *oſculis vibrantibus.*

ibid. Plantiſque roſeis vibrantium fluctuum ſummum rorem calcavit. Ecce jam profundi maris udo reſedit vertice) Mſ. *ſummo rore calcato ecce jam p. m. ſudo r. v.*

ibid. Currus bijuges alii ſubnatant) Mſ. *ſubvagantur.*

ibid. Jam beatas nuptias adepta) mſ. *nuptias ſunt adepta.*

Pag. 70. Sed infortunatiſſimæ filiæ miſerrimus pater) Mſ. *ſic inf.*

ibid. Et tanto numine precibus & victimis) Bert. *& cauto nomine,* quidſi: *& à tanto numine?* velut pag. 86. ubi Venus de judicio Paridis loquitur: *Fruſtra me paſtor ille ob eximiem ſpeciem tantus prætulit deabus.* Et Arnob. lib. 5. de Jove Elicio: *Etiamne credemus Deum numinis tanti tractum eſſe ad terras?*

ibid. Suæque conjugi præcepta fortis enodat infauſtæ) Mſ. *ſecreta fortis.* Etſtatim: *jam urget teter effectus.* Et rurſum: *mutatur in querulum Lydium modum.*

Pag. 71. Cum Gentes & populi] rectè manuſ. *gentes.*

ibid. Lachrimis ſuis exſtinctas relinquentes, dejectis capitibus domuitionem parant] corrigenda & augenda hæc ex mſ. *relinquentes. Choragio itaque perfecto dejectiſque capitibus d. p.* Et confirmat hanc V. c. lectionem Fulgentius Placiades de priſco ſermone. In præcedentibus ergo legendum erit: *deſerunt*, *tadas nuptiales &c.*

NOTÆ

In Apuleji librum quinctum de Aſino.

Pag. 73. NEc corporis cura, nec tibi regales epulæ morabuntur] ita legimus olim in ſuſp. lect. neque nunc mutamus. *Morabuntur tibi βραδυνοῦσιν σοι.*

ibid. Jamque provecta nocte, & clemens quidam ſonus aures ejus accidit] Ex Bertiniano particulam, *Et*, delevimus, quam & à Fulvii libro abeſſe video.

Pag. 74. Scopulum iſtum protinus adiere] Falſum hoc eſt, poſtea enim demum adveniunt, quare correxi olim: *adeunt*, idque & Fulvii liber agnoſcit. Vide Suſpect. lect. & ſupra 22.

ibid. Quæ beati carceris cuſtodia ſepta] Mſ. *quæ bini carc.* An? *quæ divini carc.*

ibid. Hiccine mihi pollicebare] vel, *Hoccine*, vel, *Siccine*, legendum. ſæpiſſime in his libris ſic peccatum inveni.

Pag. 75. Vocatum zephyrum præcepti maritalis admonet] Aſſentior mſ. Fulvii ut legatur: *præceptis maritalibus.* Vult dicere, eam verbis mariti & loco ejus imperaſſe.

Pag. 76. Sic allocuta ſummas opes domus au-

reæ, locumque ſervientium populoſam familiam auribus earum] Suſpect. lect. lib. 2. epiſt. 10. correxi: *vocumque ſervientium p. f. demonſtrat auribus earum.* Nunc video illud, *demonſtrat*, & in Fulviano apparere.

ibid. Hiccine tibi complacuit] Benè & Ritterſhuſius meus: *Siccine.* ut in Suſpectis dixi. Fulvianus tamen *Hoccine.*

ibid. Tantis opibus & Deo marito potita] Mſ. *potita ſit.*

Pag. 77. Sed medicæ laborioſam perſonam ſuſtinens] Mſ. *ſed medicam & lab. p. ſ.*

ibid. Exigua nobis in vita projecerit] Bert. *in via*, Puto *Xenia*, aut aliquid ejuſmodi latere.

ibid. Lares pauperes noſtros, ſed planè ſobrios] Mſ. *ſi plane.*

Pag. 78. Et hic adhuc infantulus uterus geſtat nobis infantem alium] Mſ. *infantibus uterus.* Et placet.

ibid. Dies ultimus & caſus extremus] Manuſc. *ultima.*

Pag. 79. Et tibi devotæ dicatæque Pſyches] Mſ. *devota caraque.*

ibid. Nec venti ferentis opertæ præſentiam] ſic infra lib. 11. pag. 211. *Tutus proſperitate ventorum ferentium.* Senec. de beat. vita cap. 22. *ſic illum afficiunt divitiæ & exhilarant, ut navigantem ſecundus & ferens ventus.* Homer Odyſſ. *ἡ ὑμετέρη ἐπίλασσε φέρων ἄνεμός τε ϗ ὕδωρ.* Et *ὀδυσσ.* I. *Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.* Virg. 2. Æneid. *Fieret vento mora ne qua ferenti.* Et 4. Æn. *Expectet facilemque fugam ventoſque ferentes.*

Pag. 80. Balnearum vaporoſis fontibus curatas] Mſ. *vapore roſeis font.*

ibid. Sceleſtarum feminarum nequitia] Bertin. *ſtrivarum neq.* correxi; *ſtrigarum.* id eſt, veneficarum.

rum. Gloſſæ: *ſtriga, γυνὴ φαρμακίς*. Vulgus Italorum *ſtregas* vocant.

ibid. Sermones conferentes] Bertin. *conſerentes*. Rectè. nam ſermo à ſerendo dictus. ſed & *conferre*, hic locum habet, atque adeò præ altero placet.

ibid. Unde natalium ſectacula proveniret] Mſ. *unde natalium ſectacula provenirent*. Et infra: *monſtruoſo*.

ibid. Quam vel mendacium iſtam peſſimam feminam confingere, vel formam mariti ſui neſcire] Placet manuſcripti lectio: *vel mendacio iſtam p. f. confingere*. nimirum, formam mariti confingit mendacio.

ibid. Quorum utrum verum eſt] mirè mihi placuit olim doctiſſimi Rittershuſii lectio: *Quorum utrumutrum eſt*. id eſt, utrumcumque: quomodocumque ſit. Sed jam non videtur neceſſaria immutatio. Cic. *Utrum eorum accidiſſet: verum oraculum fuiſſet*. Livius. *Feciales decreverunt, utrum eorum feciſſet, rectè facturum*. Plura apud bonos auctores paſſim occurrunt.

ibid. Si divini pueli, quod abſit, hæc mater erit] Mſ. quidam: *mater aderit*, alius: *mater adierit*. Rectè igitur ego olim in Suſpectis legi: *audierit*, id eſt, dicetur.

Pag. 81. Colla ſaginantem hiantemque ingluvie] ſic lego ex Bertin. & Ful. Virgil. *& ſibila colla tumentem*.

ibid. Nec diu blandis alimoniarum obſequiis te ſaginari omnes affirmant] Manuſc. *te ſaginaturam*. Unde Fulvius conjecit: *te ſaginatum iri*. Ego non credo, ſed ſcio legendum: *te ſaginaturum*. Scilicet colubrum illum. nam mox ſequitur: *devoraturum*.

ibid. At hic jam tua eſt exiſtimatio] Bertin.

Adhoc. id eſt, præterea, verbum hiſtoricum, infra pag. 174.

Pag. 82. Dicentibus vobis maritum conſentio] Rectè Bertin. *meritò conſentio.*

ibid. Novaculam præacutam ad pulſum etiam palmulæ lenientis exaſperatam] Mſ. *appulſu.* Et ſtatim: *accubare.*

ibid. Lucernamque concinnem completam oleo] Mſ. *concinnè.*

ibid. Subde aliquo claudentis auleæ tegmine] Hoc à Beroaldo eſt, cum paſſim antea legeretur: *aulula.* Fulvii codex: *tabula.*

ibid. Cunctiſque ocyus relatis] Bert. *cunctiſque iſtis ſociis tecum rebus.* latet quippiam.

Pag. 83. Æſtu pelagi ſimiliter mœrendo fluctuat] Placet Bertiniani ſcriptura: *ſimile*, quo modo & apud Cic. 1. Acad. legitur.

ibid. Jam tum facinoroſas manus admovens] Rectè mſ. *facinori manus adm.*

ibid. Quorum ſplendore nimio fulgurante] Fulvius conjectura ductus legit: *minio.*

Pag. 84. Sublimis evectionis appendix miſeranda] lego ex Bert. *appendio.* id eſt, appenſione adheſione.

Pag. 85. Hæc tibi identidem ſemper cavenda cenſebam, hæc benivolè te monebam] ſic lego.

ibid. Dabunt acturum mihi pœnas] Bert. *ad nutum mihi pœnas*: *& cum termino.*

ibid. Volatus mariti ſuſpiciens] ita Bertin.

ibid. Sed ubi remigio plumæ, captu maritum proceritas ſpatii fecerat alienum] Præclara eſt emendatio ex mſ. *remigio pluma raptum maritum.*

ibid. Hirtuoſus deus] Mſ. *hircoſus.*

Pag. 86. Inſcio jam quodam tramite delabente] Mſ. *delabante.*

ibid. Alternis amplexibus mutuæ ſalutationis exple-

expletis] Manuſcriptus: *mutuis ampl. alterna ſalut. explet.*

ibid. Cum primum ut æquè placuerat] fortè: *ut utraque placuerat.* id eſt, utrique veſtrum.

Pag. 87. Inque conſimile mortis exitium] Ita Bertin.

ibid. Circuibat at ille] τὸ, *At*, delendum.

ibid. Gravi vulnere, dolore mœrentem, dubium ſalutis jacere] rectè mſ. *gravi vulneris dolore.*

ibid. Rumoribus convitiiſque variis omnem Veneris familiam malè audire] Manuſ. *convitiiſque validis.*

ibid. Ac pro hoc non voluptas illa] Rectè mſ. *Voluptas ulla.*

ibid. Sed enormis eluvies] Mſ. *ingluvies.* Placet, *inluvies.* ἄλουσία & ſqualor.

ibid. Hic illa verboſa] legendum: *ſic*, vel *Hac.*

ibid. In auribus Veneris filium lacerans exiſtimationem] Mſ. *exiſtimatione.* Putabam: *filii lacerans exiſtimationem.*

ibid. Quæ ſola mihi ſervis amanter] Mſ. *amariter.*

ibid. Seu de dearum numero] Ineptum huic loco dearum nomen; rectè igitur mſ. *Seu de Horarum numero.* Et ſtatim mſ. habet: *afflictim cupere.*

Pag. 88. Et natalibus noſtris bonæque tuæ frugi] Bertin. *& vocalibus veſtris.*

ibid. Nec ſordidis amoribus inimicam meam cruciares] Malim cum mſ. *inimicam meam pollueres.*

ibid. Sed malè prima pueritia inſtructus es] Bertin. *Sed malè pra pueritia inductus es.*

ibid. Pharetram explicet] valde probo Fulvii conjecturam, legentis: *expilet.*

Pag. 89. Sed eam protinus Ceres & Juno comitantur] Fugerat hoc loco elegans vocula, quam ex gemino Fulvii codice reſtituo: *continuatur*,

 quam-

quamvis in altero ſit: *continuant*, quod æquè bonum. Sic inferius lib. 6. pag. 98. & vulgò & in Fulviano quoque libro legitur. *Continuaveris claudum aſinum.* Sed corrigo: *continuaberis*: ſive, ut in Bertiniano exſtat; *continuabis.* Sæpè Apulejus ea voce utitur, ut dixi Suſp. lect. lib. 4. epiſt. 16. ubi & Symmachi loca ſimiliter emendavi.

ibid. Ut animo pervicaci voluptates illius impugnes] Malim cum mſ. *pertinaci.*

ibid. Quod autem, oramus iſti crimen, ſi puellæ lepidæ libenter arriſit] Mſ. *Quod autem iſtius crimen.* Alius: *Quod autem damus iſti crimen.*

NOTÆ

In Apuleji librum ſextum de Aſino.

Pag. 90. SPicas frumentarias in acervo & alias flexibiles in corona] Mſ. *flexiles.*

ibid. Erant & falces & operæ meſſoriæ modus omnis] Ariolatus fuit Janus Gulielmius, Germaniæ olim noſtræ ocellus, dum reſcripſit: *mundus omnis.* Nam & ita legitur in Fulvii codice. Mundus igitur ſignificat id quod Cicero inſtrumentum vocare ſolet, hoc eſt, apparatum, inſtructum, ornatum &c. Idem Apul. apolog. 1. pag. 257. *majus piaculum decernis, ſpeculum Philoſopho, quam in Cereris mundum profano videre.*

ibid. Ultionem flagitat] malim ex Bertin. *fatigat.*

Pag. 91. Quæ ſilentio tegit Eleuſis] Manuſc. *Eleuſinis.*

ibid. Cum qua etiam antiquum fœdus amicitiæ colo] Mſ. *antiquatum.*

ibid. Inter ſubſitæ convallis] Bertin. *ſubditæ.*

ibid. Fanum ſolerti fabri conſtructum] Enim

verò

verò minimè tolerandum hic ſomnum nobis dormitavit Colvius. quidni enim lectionem retinuit Aldini codicis: *ſolerti fabrica ſtructum?* quomodo & in Bertiniano legitur. ſic pag. 73. *horrea ſublimi fabrica perfecta.* Et pag. 190. *mors ſublimi inſtructus fabrica.* Et pag. 92. *currum ſubtili fabrica politum.*

ibid. Videt dona ſpecioſa] Mſ. *pretioſa.*

ibid. Quam cunctus oriens zygiam veneratur] Bertin. *quam tutus.* fortè: *quam totus.*

Pag. 92. Servos alienos profugos] Manuſc. *perfugas.*

ibid. Quin igitur maſculum tandem ſumis animum] Mſ. *maſc. tandem ſumis actibus animum.*

ibid. At Venus terrenis remediis inquiſitionibus abnuens] Mſ. *inquiſitionis.* Veriſſima lectio *Abnuens* ἀπαγορεύουσα, id eſt, nolens inquirere. Sic libro 4. dixerat: *Thebanis conatibus abnuentes.*

ibid. Currum, quem ei Vulcanus ſubtili fabrica ſtudioſè poliverat] Mſ. *Vulcanus aurifex ſubt.* &c. Alius mſ. *Vulc. artifex ſubtili f. ſ. p.* alibi: *fabrifex.*

ibid. Limæ tenuantis detrimento conſpicuum] Hæc ſagaciſma eſt LIPSII noſtri conjectura, ſed Fulviano mſ. conſentanea.

ibid. Quæ dulcè canticant aves] Malim *cantitant.*

Pag. 93. Frater Arcadi] Mſ. *Arcas.*

ibid. Protinus domum ſeceſſit] malim: *faceſſit.* Sic pag. 95. *cubitum faceſſit.*

ibid. Acceptuſus judicii nomine ab ipſa venere ſeptem ſavia ſuavia, & unum blandientis adpulſum linguæ longè mellitum] Mſ. *appulſu lingua.* Rectiſſimè. Septem baſia erunt ſuavia, ſed unum erit longè mellitiſſimum quod fiet lingua in os alterius immiſſa, quod oſculi genus aliis ex uſu, mihi ex Plauti aliorumque lectione notum eſt.

ibid. Inter orci cancros jam ipſos adheſiſti]. Manuſcriptus conſervavit nobis locutionem Apulejo non indignam. Legit enim : *Intus orci Cancros.* Sicut Plautus dixit, *intus domum*, pro in domo. Et Lucretius : *Intus ſedibus.* Vide quæ dixi Suſp. lect. lib. 2. epiſt. 15. *Cancer* autem in Gloſſis Vaticanis explicatur, *forceps.*

Pag. 94. Commixtis acervatim confuſiſque in unum glomulum, ſic ad illam : Videris enim mihi &c.] Mſ. *in nuum grumulum, ſic ad illam : Videris, inquit, mihi.* Et ſtatim : *promererier.* Et mox pag. ſeq. *Incredita illi & inextricabili moli.* fortè : *increta*; tanquam, indiſcretæ, quod diſcerni nequeat.

Pag. 94. Rigiſque longis attenditur] Placet Modii conjectura. *Rupique longa.* nam ſtatim ſequitur : *præcipitio fluvialis rupis.*

Pag. 97. Qui (fontes) ſtatim proni foraminis laciniis editi] rectè mſ. *Lacunis.*

ibid. Jamque & ipſæ ſemet muniebant vocales aquæ. Nam & diſcede, & quid facis, vide, & quid agis, cave, & fuge, & peribis ſubinde clamant] Optimè mſ. *ſemet movebant voc. a. jam & diſcede.* &c.

ibid. Nam primi Jovis regalis avis] Bertin. *premi.* unde Modius conjiciebat : *ſupremi.* quod ego probo, ob locum illum lib. 3. pag. 47. *ut ego quamvis ipſius aquilæ ſublimis volatibus toto cælo pervius, & ſupremi Jovis certus nuncius vel latus armiger.* &c.

ibid. Alti culminis Diales vias deſerit] Mſ. *Alti numinis.*

ibid. Quodque vos dejeratis per numina Deorum, Deos per ſtygis majeſtatem ſolere] Mſ. *per ſtygiam m. ſ.*

ibid. Libratiſque pinnarum nutantium molibus]

bus] Mſ. *vibratiſque p. mutantium m.* Et ſtatim : *Ut abiret innoxius præmirantes.*

ibid. Paulo facilior adeundi fuit copia] Mſ. *p. felicior.*

ibid. Veneri citata retulit] Mſ. *cita.*

Pag. 98. Tunc conferens pyxidem Poſerpinæ, petit de te Venus, dicito] Manuſc. *Tunc cum feres p. P.*

ibid. Neceſſe eſt indidem delinitam] Bertin. *delibutam.*

ibid. Et qui te inquit] ſic Bertin. rectè. *Etqui*, *Etcur*, pro, cur.

ibid. Per portas hiantes monſtratur iter invium] Mſ. *iter imum.*

ibid. Cujus te limine tranſmeatam] rectè mſ. *limite tranſmeato.* Et ſtatim : *perges.*

ibid. Offas polentæ mulſa concretas] Mſ. *mulſo* Bertin. *contritas.*

ibid. Continuaveris claudum aſinum] lege ut eſt, in V. c. *continuâberis.* vel cum Bert. *continuabis.* Vid. pag. 89.

Pag. 99. Et æs ſi fortè præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur] Mſ. *expiare.*

ibid. Nec tu tamen illicita affectare pietate] Bertin. & Fulvianus unus : *affligtare.* Fulvianus alter : *afflectare.*

ibid. Ut vel unam de manibus committas offulam] Mſ. rectiſſimè : *omittas.*

ibid. Et panem ſordidum petitu eſto] Mſ. *ſordidum petitum eſto.* alius mſ. *portatum eſto.* fortè : *pete, tum eſto.*

ibid. Recalcans priora veſtigia] Manuſc. *recolens p. v.*

Pag. 100. Ne velis aperire, vel inſpicere illam, quam feres, pyxidem, vel omninò formoſitatis divinæ abditum cures theſaurum] Manuſcriptus : *abditum*

ibid. Retinebar fortiter] omninò legendum: *renitebar*.

Pag. 106. Parentes tuos interviſere properas] Mſ. *furtim viſere properas.*

NOTÆ

In Apuleji librum ſeptimum de Aſino.

Pag. 108. TAlem collegio ſuo nuncium fecit] mſ. *facit.*

ibid. Dolentique atque indignanti ſimilis] mſ. *indaganti.*

ibid. Neſcio qui Lucius auctor manifeſtus facinoris poſtulabatur] Mſ. *Neſcio quis L. a. manifeſti fac. p.* Et probat Fulvius, ut alluſum ſit ad legem XII. tabb. de furtis manifeſtis.

Pag. 109. Quem ſæviſſimus ejus impetus in beſtiam extremæ ſortis quadrupedem deduxerat] Manuſc. *in beſtiam & extr.* Et ſtatim: *quoivis*, pro cuivis.

ibid. Hac tantum impatientia productus volui dicere] Mſ. *Hoc tantùm.* quomodo in Suſpectis de conjectura correxeram.

ibid. Et verbum quidem præcidens ſæpius ac immodicè clamitavi] Sic Bertin. rectè.

ibid. Sed ille, qui commodùm falſam de me notoriam pertulerat] Mſ. *Falſa de me notoria pertulerat.*

Pag. 110. Inſtar tyrannicæ poteſtatis ſectam ſuam conferre malle] Mſ. *Senectam ſuam.*

Pag. 111. Nam procuratorem Principis ducenaria perfunctum, dehinc fortuna triſtiore decuſſum, prætereuntem coràm fueram aggreſſus] Falſum hoc, quod coràm fuerit eum aggreſſus, ut ſequentia docent. In Bertiniano eſt: *prætereuntem*

morato f. a. ſed rectius Fulvii codex : *prætereuntem Orato fueram aggreſſus.* Orato autem eſt Macedoniæ civitas.

ibid. Quo tunc Macedonia delapſi graſſabamur] Mſ. *de claſſi.*

ibid. Niſi quod pavore cunctorum, quem ſibi quiſque metuentes deliteſcebant, effectum eſt &c.] rectè mſ. *qui ſibi quiſque.*

Pag. 112. Denique noluit eſſe Cæſar Hemi latronis collegium] Mſ. *H. Latronis veſtigium.*

ibid. In ſequiorem ſexum inſertus atque abſconditus] Vulgati & Fulvianus codex legunt : *incertus*, id eſt, *ἄδηλος.*

ibide Unam mulierem putantes aſinariam) Mſ. *Nam mulierem.*

Pag. 113. Nihil anteferre lucro debere ſuo, ac ne ipſam quidem ſæpè & aliis damnoſam ultionem) Manca eſt ſententia, quam ſic ex mſ. reſtituo : *Sæpè ſibi & aliis d. u.*

ibid. Puellam iſtam præſtinare, condignè natalibus ſuis in fornicem proceſſuram) Mſ. *s. n. ſuis fornicem perpeſſuram.*

ibid. Hanc ex animo quidem meo ſententiam conducibilem protuli) Plautine dictum, *meo quidem animo*, id eſt, meo judicio utilem ſententiam Plaut. Aul. *E meo quidem animo facias rectius.* Fulvius conjungit, *ex animo protuli. ἀπὸ καρδίας.*

Pag. 114. Unum prælectum grandem hircum) lege cum Bert. *Unde prælectum.*

ibid. Et aggreſſus inſigni facunditate cuncta præminiſtrat]. legend. & Bert. & Ful. Mſ. *inſigni facilitate.* Mox Bert. *præminiſtratui, verrit.*

ibid. Sternit, coquit, tuceta concinnat, apponit ſatullè) Mſ. *tuceta concremat, apponit ſcitulè.* Bertin. quoque : *ſcitulè.*

Ibid. Inſimulatione promendi quæ poſcebat uſus) Mſ. *inſinuatione.*

reæ, locumque ſervientium populoſam familiam auribus earum] Suſpect. lect. lib. 2. epiſt. 10. correxi: *vocumque ſervientium p. f. demonſtrat auribus earum.* Nunc video illud, *demonſtrat*, & in Fulviano apparere.

ibid. Hiccine tibi complacuit] Benè & Rittershuſius meus: *Siccine.* ut in Suſpectis dixi. Fulvianus tamen *Hoccine.*

ibid. Tantis opibus & Deo marito potita] Mſ. *potita ſit.*

Pag. 77. Sed medicæ laborioſam perſonam ſuſtinens] Mſ. *ſed medicam & lab. p. ſ.*

ibid. Exigua nobis in vita projecerit]. Bert. *in via*, Puto *Xenia*, aut aliquid ejuſmodi latere.

ibid. Lares pauperes noſtros, ſed planè ſobrios] Mſ. *ſi plane.*

Pag. 78. Et hic adhuc infantulus uterus geſtat nobis infantem alium] Mſ. *infantibus uterus.* Et placet.

ibid. Dies ultimus & caſus extremus] Manuſc. *ultima.*

Pag. 79. Et tibi devotæ dicatæque Pſyches] Mſ. *devota caraque.*

ibid. Nec venti ferentis opertæ præſentiam] ſic infra lib. 11. pag. 211. *Tutus proſperitate ventorum ferentium.* Senec. de beat. vita cap. 22. *ſic illum afficiunt divitiæ & exhilarant, ut navigantem ſecundus & ferens ventus.* Homer Odyſſ. ἢ ὑμετέρη ἐπίλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ. Et οδυσ. Ι. Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν. Virg. 2. Æneid. *Fieret vento mora ne qua ferenti.* Et 4. Æn. *Expectet facilemque fugam ventoſque ferentes.*

Pag. 80. Balnearum vaporoſis fontibus curatas] Mſ. *vapore roſeis font.*

ibid. Sceleſtarum feminarum nequitia]. Bertin. *ſtrivarum neq.* correxi; *ſtrigarum.* id eſt, veneficarum.

rum. Gloſſæ : *ſtriga*, γυνὴ φαρμακίς. Vulgus Italorum *ſtregas* vocant.

ibid. Sermones conferentes] Bertin. *conferentes.* Rectè. nam ſermo à ſerendo dictus. ſed & *conferre*, hic locum habet, atque adeò præ altero placet.

ibid. Unde natalium ſectacula proveniret] Mſ. *unde natalium ſectacula provenirent.* Et infra : *monſtruoſo.*

ibid. Quam vel mendacium iſtam peſſimam feminam confingere, vel formam mariti ſui neſcire] Placet manuſcripti lectio : *vel mendacio iſtam p. f. confingere.* nimirum, formam mariti confingit mendacio.

ibid. Quorum utrum verum eſt] mirè mihi placuit olim doctiſſimi Rittershuſii lectio : *Quorum utrumutrum eſt.* id eſt, utrumcumque : quomodocumque ſit. Sed jam non videtur neceſſaria immutatio. Cic. *Utrum eorum accidiſſet : verum oraculum fuiſſet.* Livius. *Feciales decreverunt, utrum eorum feciſſet, rectè facturum.* Plura apud bonos auctores paſſim occurrunt.

ibid. Si divini puelli, quod abſit, hæc mater erit] Mſ. quidam : *mater aderit*, alius : *mater adierit.* Rectè igitur ego olim in Suſpectis legi : *audierit*, id eſt, dicetur.

Pag. 81. Colla ſaginantem hiantemque ingluvie] ſic lego ex Bertin. & Ful. Virgil. *& ſibila colla tumentem.*

ibid. Nec diu blandis alimoniarum obſequiis te ſaginari omnes affirmant] Manuſc. *te ſagivaturam.* Unde Fulvius conjecit : *te ſaginatum iri.* Ego non credo, ſed ſcio legendum : *te ſaginaturum.* Scilicet colubrum illum. nam mox ſequitur : *devoraturum.*

ibid. At hic jam tua eſt exiſtimatio] Bertin.

 Adhuc

Adhoc. id eſt, præterea, verbum hiſtoricum, infra pag. 174.

Pag. 82. Dicentibus vobis maritum conſentio] Rectè Bertin. *meritò conſentio.*

ibid. Novaculam præacutam ad pulſum etiam palmulæ lenientis exaſperatam] Mſ. *appulſu.* Et ſtatim: *accubare.*

ibid. Lucernamque concinnem completam oleo] Mſ. *concinnè.*

ibid. Subde aliquo claudentis auleæ tegmine] Hoc à Beroaldo eſt, cum paſſim antea legeretur: *aulula.* Fulvii codex: *tabula.*

ibid. Cunctiſque ocyus relatis] Bert. *cunctiſque iſtis ſocius tecum rebus.* latet quippiam.

Pag. 83. Æſtu pelagi ſimiliter mœrendo fluctuat] Placet Bertiniani ſcriptura: *ſimile*, quo modo & apud Cic. 1. Acad. legitur.

ibid. Jam tum facinoroſas manus admovens] Rectè mſ. *facinori manus adm.*

ibid. Quorum ſplendore nimio fulgurante] Fulvius conjectura ductus legit: *minio.*

Pag. 84. Sublimis evectionis appendix miſeranda] lego ex Bert. *appendio.* id eſt, appenſione adheſione.

Pag. 85. Hæc tibi identidem ſemper cavenda cenſebam, hæc benivolè te monebam] ſic lego.

ibid. Dabunt actutum mihi pœnas] Bert. *ad nutum mihi pœnas*: *& cum termino.*

ibid. Volatus mariti ſuſpiciens] ita Bertin.

ibid. Sed ubi remigio plumæ, captu maritum proceritas ſpatii fecerat alienum] Præclara eſt emendatio ex mſ. *remigio pluma raptum maritum.*

ibid. Hirtuoſus deus] Mſ. *hircoſus.*

Pag. 86. Inſcio jam quodam tramite delabente] Mſ. *delabante.*

ibid. Alternis amplexibus mutuæ ſalutationis exple-

expletis] Manuſcriptus: *mutuis ampl. alterna ſalut. explet.*

ibid. Cum primum ut æquè placuerat] fortè: *ut utraque placuerat.* id eſt, utrique veſtrum.

Pag. 87. Inque conſimile mortis exitium] Ita Bertin.

ibid. Circuibat at ille] τὸ, *At*, delendum.

ibid. Gravi vulnere, dolore mœrentem, dubium ſalutis jacere] rectè mſ. *gravi vulneris dolore.*

ibid. Rumoribus convitiiſque variis omnem Veneris familiam malè audire] Manuſ. *convitiiſque validis.*

ibid. Ac pro hoc non voluptas illa] Rectè mſ. *Voluptas ulla.*

ibid. Sed enormis eluvies] Mſ. *ingluvies.* Placet, *inluvies.* ἀλουσία & ſqualor.

ibid. Hic illa verboſa] legendum: *ſic*, vel *Hac.*

ibid. In auribus Veneris filium lacerans exiſtimationem] Mſ. *exiſtimatione.* Putabam: *filii lacerans exiſtimationem.*

ibid. Quæ ſola mihi ſervis amanter] Mſ. *amariter.*

ibid. Seu de dearum numero] Ineptum huic loco dearum nomen; rectè igitur mſ. *Seu de Horarum numero.* Et ſtatim mſ. habet: *afflictim cupere.*

Pag. 88. Et natalibus noſtris bonæque tuæ frugi] Bertin. *& vocalibus veſtris.*

ibid. Nec ſordidis amoribus inimicam meam cruciares] Malim cum mſ. *inimicam meam pollueres.*

ibid. Sed malè prima pueritia inſtructus es] Bertin. *Sed malè pra pueritia inductus es.*

ibid. Pharetram explicet] valde probo Fulvii conjecturam, legentis: *expilet.*

Pag. 89. Sed eam protinus Ceres & Juno comitantur] Fugerat hoc loco elegans vocula, quam ex gemino Fulvii codice reſtituo: *continuatur*,

 quam-

quamvis in altero ſit: *continuant*, quod æquè bonum. Sic inferius lib. 6. pag. 98. & vulgò & in Fulviano quoque libro legitur. *Continuaveris claudum aſinum.* Sed corrigo: *continuaberis*: ſive, ut in Bertiniano exſtat; *continuabis*. Sæpè Apulejus ea voce utitur, ut dixi Suſp. lect. lib. 4. epiſt. 16. ubi & Symmachi loca ſimiliter emendavi.

ibid. Ut animo pervicaci voluptates illius impugnes] Malim cum mſ. *pertinaci*.

ibid. Quod autem, oramus iſti crimen, ſi puellæ lepidæ libenter arriſit] Mſ. *Quod autem iſtius crimen*. Alius: *Quod autem damus iſti crimen*.

NOTÆ

In Apuleji librum ſextum de Aſino.

Pag. 90. SPicas frumentarias in acervo & alias flexibiles in corona] Mſ. *flexiles*.

ibid. Erant & falces & operæ meſſoriæ modus omnis] Ariolatus fuit Janus Gulielmius, Germaniæ olim noſtræ ocellus, dum reſcripſit: *mundus omnis*. Nam & ita legitur in Fulvii codice. Mundus igitur ſignificat id quod Cicero inſtrumentum vocare ſolet, hoc eſt, apparatum, inſtructum, ornatum &c. Idem Apul. apolog. 1. pag. 257. *majus piaculum decernis, ſpeculum Philoſopho, quam in Cereris mundum profano videre.*

ibid. Ultionem flagitat] malim ex Bertin. fatigat.

Pag. 91. Quæ ſilentio tegit Eleuſis] Manuſc. *Eleuſinis*.

ibid. Cum qua etiam antiquum fœdus amicitiæ colo] Mſ. *antiquatum*.

ibid. Inter ſubſitæ convallis] Bertin. *ſubditæ*.

ibid. Fanum ſolerti fabri conſtructum] Enim

verò

verò minimè tolerandum hic ſomnum nobis dormitavit Colvius. quidni enim lectionem retinuit Aldini codicis: *ſolerti fabrica ſtructum?* quomodo & in Bertiniano legitur. ſic pag. 73. *horrea ſublimi fabrica perfecta.* Et pag. 190. *mors ſublimi inſtructus fabrica.* Et pag. 92. *currum ſubtili fabrica politum.*

ibid. Videt dona ſpecioſa] Mſ. *pretioſa.*

ibid. Quam cunctus oriens zygiam veneratur] Bertin. *quam tutus.* fortè: *quam totus.*

Pag. 92. Servos alienos profugos] Manuſc. *perfugas.*

ibid. Quin igitur maſculum tandem ſumis animum] Mſ. *maſc. tandem ſumis actibus animum.*

ibid. At Venus terrenis remediis inquiſitionibus abnuens] Mſ. *inquiſitionis.* Veriſſima lectio *Abnuens* ἀπαγορεύουσα, id eſt, nolens inquirere. Sic libro 4. dixerat: *Thebanis conatibus abnuentes.*

ibid. Currum, quem ei Vulcanus ſubtili fabrica ſtudioſè poliverat] Mſ. *Vulcanus aurifex ſubt.* &c. Alius mſ. *Vulc. artifex ſubtili f. ſ. p.* alibi: *fabrifex.*

ibid. Limæ tenuantis detrimento conſpicuum] Hæc ſagaciſma eſt LIPSII noſtri conjectura, ſed Fulviano mſ. conſentanea.

ibid. Quæ dulcè canticant aves] Malim *cantitant.*

Pag. 93. Frater Arcadi] Mſ. *Arcas.*

ibid. Protinus domum ſeceſſit] malim: *faceſſit.* Sic pag. 95. *cubitum faceſſit.*

ibid. Acceptufus judicii nomine ab ipſa venere ſeptem ſavia ſuavia, & unum blandientis adpulſum linguæ longè mellitum] Mſ. *appulſu lingua.* Rectiſſimè. Septem baſia erunt ſuavia, ſed unum erit longè mellitiſſimum quod fiet lingua in os alterius immiſſa, quod oſculi genus aliis ex uſu, mihi ex Plauti aliorumque lectione notum eſt.

ibid. Inter orci cancros jam ipſos adheſiſti] Manuſcriptus conſervavit nobis locutionem Apulejo non indignam. Legit enim : *Intus orci Cancros.* Sicut Plautus dixit, *intus domum*, pro in domo. Et Lucretius : *Intus ſedibus.* Vide quæ dixi Suſp. lect. lib. 2. epiſt. 15. *Cancer* autem in Gloſſis Vaticanis explicatur, *forceps.*

Pag. 94. Commixtis acervatim confuſiſque in unum glomulum, ſic ad illam : Videris enim mihi &c.] Mſ. *in unum grumulum, ſic ad illam : Videris, inquit, mihi.* Et ſtatim : *promereris.* Et mox pag. ſeq. *Incredita illi & inextricabili moli.* fortè : *increta*, tanquam, indiſcretæ, quod diſcerni nequeat.

Pag. 94. Rigiſque longis attenditur] Placet Modii conjectura. *Rupique longa.* nam ſtatim ſequitur : *præcipitio fluvialis rupis.*

Pag. 97. Qui (fontes) ſtatim proni foraminis laciniis editi] rectè mſ. *Lacunis.*

ibid. Jamque & ipſæ ſemet muniebant vocales aquæ. Nam & diſcede, & quid facis, vide, & quid agis, cave, & fuge, & peribis ſubinde clamant] Optimè mſ. *ſemet movebant voc. a. jam & diſcede.* &c.

ibid. Nam primi Jovis regalis avis] Bertin. *premi.* unde Modius conjiciebat : *ſupremi.* quod ego probo, ob locum illum lib. 3. pag. 47. *ut ego quamvis ipſius aquilæ ſublimis volatibus toto cœlo pervius, & ſupremi Jovis certus nuncius vel latus armiger.* &c.

ibid. Alti culminis Diales vias deſerit] Mſ. *Alti numinis.*

ibid. Quodque vos dejeratis per numina Deorum, Deos per ſtygis majeſtatem ſolere] Mſ. *per ſtygiam m. ſ.*

ibid. Libratiſque pinnarum nutantium molibus]

bus] Mſ. *vibratiſque p. mutantium m.* Et ſtatim : *Ut abiret innoxius præmirantes.*

ibid. Paulo facilior adeundi fuit copia] Mſ. *p. felicior.*

ibid. Veneri citata retulit] Mſ. *cita.*

Pag. 98. Tunc conferens pyxidem Poſerpinæ, petit de te Venus, dicito] Manuſc. *Tunc cum feres p. P.*

ibid. Neceſſe eſt indidem delinitam] Bertin. *delibutam.*

ibid. Et qui te inquit] ſic Bertin. rectè. *Etqui*, *Etcur*, pro, cur.

ibid. Per portas hiantes monſtratur iter invium] Mſ. *iter imum,*

ibid. Cujus te limine tranſmeatam] rectè mſ. *limite tranſmeato.* Et ſtatim : *perges.*

ibid. Offas polentæ mulſa concretas] Mſ. *mulſo* Bertin. *contritas.*

ibid. Continuaveris claudum aſinum] lege ut eſt, in V. c. *continuaberis.* vel cum Bert. *continuabis.* Vid. pag. 89.

Pag. 99. Et æs ſi fortè præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur] Mſ. *expiare.*

ibid. Nec tu tamen illicita affectare pietate] Bertin. & Fulvianus unus : *affliétare.* Fulvianus alter : *affleétare.*

ibid. Ut vel unam de manibus committas offulam] Mſ. rectiſſimè : *omittas.*

ibid. Et panem ſordidum petitu eſto] Mſ. *ſordidum petitum eſto.* alius mſ. *portatum eſto.* fortè : *pete, tum eſto.*

ibid. Recalcans priora veſtigia] Manuſc. *recolens p. v.*

Pag. 100. Ne velis aperire, vel inſpicere illam, quam feres, pyxidem, vel omninò formoſitatis divinæ abditum cures theſaurum] Manuſcriptus :

abditum curioſius theſaurum. Rectè; ſubintell. inſpicere.

ibid. Sic turris illa vel propitia] *'n' vel*, deeſt in manuſc.

ibid. Nec offerentis hoſpitæ Sedile dedicatum, vel cibum beatum amplexa] Scribo ex mſ. *delicatum.* D. & L. ſæpè inter ſe commutarunt, ut docui in Veriſimilibus & Suſpectis lectionibus.

ibid. Qui ſtatim cooperculo revelatus, invadit eam craſſi ſoporis nebula. Cunctis ejus membris perfunditur] Mendoſa ſunt & corrigenda ex mſ. *cooperculo revelato invadit eam craſſaque ſ. nebula cunctis ejus m. p.*

ibid. Deterſoque ſomno curioſè] Mſ. *decuſſoque.*

Pag. 101. Tunc Jupiter perpreſſa Cupidinis buccula] Mſ. *preſſa.*

ibid. Puerilis luxuria nuptialibus pedicis colliganda] Mſ. *colligenda.* alius: *religanda.*

Pag. 102. Et ad Venerem collocata facile] Fulvii codex; *collata.* quod Fulvius probat, cùm & Cicero Verrin. 5. & Livius, & hic noſter alibi, *Capita conferre*, dixerint, quamvis nonnihil diverſa ratione.

ibid. Sic ecce Pſyche convenit] Bert. *ſic Pſyche ritè convenit.*

ibid. Ecce confecto neſcio quo gravi prœlio latrones reveniunt onuſti] Mſ. *adveniunt.* Et ſtatim *promptioribus.*

Pag. 103. Relaturi tædia, ut ajebant, noſtræ tarditatis] Mſ. *relaturi tadio ut ajeb.* quod quidem non ſic de nihilo eſt.

ibid. Vides iſtas ruinas proximas & præacutas in his præminentes ſilices] Mſ. *iſtas rupinas prox. & p. i. h. prominentes.* Sic & inferius p. 115. ubi legitur: *Provolutoſque in proximas rupas præcipites dedêre.* Manuſcriptus ſimiliter habet: *in proximas rupinas.*

pinas. Rupinæ ergò ſunt prærupta rupium. ſive, ut eſt in Iſidori Gloſſis, *abrupta montium.* Lib. 2. Florid. inf. pag. 225. *Agrum ſcrupoſum, meras rupinas & ſenticeta miſeri colunt.*

ibid. Corium non aſini craſſum, ſed hirundinis tenue membranulum circumdedit] Illuſtriſſimus Seraphinus Olivarius lumen & ſplendor ſacri Cardinalium collegii quodam die in ſermone familiari ſignificavit mihi legendum ſibi videri : *Hirudinis.* cui facilè aſſentior. Porro *membranulum* dixit, ſicut & colloquiorum puerilium auctor una cum gloſſario B. Germani editus : Μετὰ ταῦτα γραφεῖον ἐπεζήτησα & σωμάτιον : Poſthæc graphium requiſivi & membranum.

ibid. Hic quidem inepta & aſinina cogitatio] lego : *Hæc.* Plus octies his duobus libris 5. & 6. peccatum in hac particula adverti.

Pag. 104. Videt Hercules memorandi ſpectaculi ſcænam, non tauro, ſed aſino dependentem directè aniculam] Locus corruptus, cujus inſignem ſuppeditat emendationem optimus optimi Fulvii codex : *dependentem Dircen aniculam.* Notum jam ex fabulis de Dyrce, quam Zetus & Amphion Tauro indomito alligarunt. Plautus Pſeud. ſcen. 2. *Quaſi Dircam olim (ut memorant) duo Gnati Jovis devinxere ad taurum, item te hodie ſtringam ad carnarium.* Et Propertius :

Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bovis.

ibid. Sumptaque conſtantia virili] Mſ. *audacia virili.*

ibid. Obliquata cervice pedes decoros puellæ baſiabam] Mſ. *obliquatus à cervice.*

Pag. 105. Meis virginalibus monilibus adorabo] rectè mſ. *manibus.*

ibid.

ibid. Retinebar fortiter] omninò legendum: *renitebar.*

Pag. 106. Parentes tuos interviſere properas] Mſ. *furtim viſere properas.*

NOTÆ

In Apuleji librum ſeptimum de Aſino.

Pag. 108. TAlem collegio ſuo nuncium fecit] mſ. *facit.*

ibid. Dolentique atque indignanti ſimilis] mſ. *indaganti.*

ibid. Neſcio qui Lucius auctor manifeſtus facinoris poſtulabatur] Mſ. *Neſcio quis L. a. manifeſti fac. p.* Et probat Fulvius, ut alluſum ſit ad legem XII. tabb. de furtis manifeſtis.

Pag. 109. Quem ſæviſſimus ejus impetus in beſtiam extremæ ſortis quadrupedem deduxerat] Manuſc. *in beſtiam & extr.* Et ſtatim: *quoivis*, pro cuivis.

ibid. Hac tantum impatientia productus volui dicere] Mſ. *Hoc tantùm.* quomodo in Suſpectis de conjectura correxeram.

ibid. Et verbum quidem præcidens ſæpius ac immodicè clamitavi] Sic Bertin. rectè.

ibid. Sed ille, qui commodùm falſam de me notoriam pertulerat] Mſ. *Falſa de me notoria pertulerat.*

Pag. 110. Inſtar tyrannicæ poteſtatis ſectam ſuam conferre malle] Mſ. *Senectam ſuam.*

Pag. 111. Nam procuratorem Principis ducenaria perfunctum, dehinc fortuna triſtiore decuſſum, prætereuntem coràm fueram aggreſſus] Falſum hoc, quod coràm fuerit eum aggreſſus, ut ſequentia docent. In Bertiniano eſt: *prætereuntem*

morato

morato f. a. ſed rectius Fulvii codex : *prætereuntem Orato fueram aggreſſus.* Orato autem eſt Macedoniæ civitas.

ibid. Quo tunc Macedonia delapſi graſſabamur] Mſ. *de claſſi.*

ibid. Niſi quod pavore cunctorum, quem ſibi quiſque metuentes deliteſcebant, effectum eſt &c.] rectè mſ. *qui ſibi quiſque.*

Pag. 112. Denique noluit eſſe Cæſar Hemi latronis collegium] Mſ. *H. Latronis veſtigium.*

ibid. In ſequiorem ſexum inſertus atque abſconditus] Vulgati & Fulvianus codex legunt : *incertus*, id eſt, ἄδηλος.

ibide Unam mulierem putantes aſinariam) Mſ. *Nam mulierem.*

Pag. 113. Nihil anteferre lucro debere ſuo, ac ne ipſam quidem ſæpè & aliis damnoſam ultionem) Manca eſt ſententia, quam ſic ex mſ. reſtituo : *Sæpè ſibi & aliis d. u.*

ibid. Puellam iſtam præſtinare, condignè natalibus ſuis in fornicem proceſſuram) Mſ. *c. n. ſuis fornicem perpeſſuram.*

ibid. Hanc ex animo quidem meo ſententiam conducibilem protuli) Plautine dictum, *meo quidem animo*, id eſt, meo judicio utilem ſententiam Plaut. Aul. *E meo quidem animo facias rectius.* Fulvius conjungit, *ex animo protuli.* ἀπὸ καρδίας.

Pag. 114. Unum prælectum grandem hircum) lege cum Bert. *Unde prælectum.*

ibid. Et aggreſſus inſigni facunditate cuncta præminiſtrat] legend. & Bert. & Ful. Mſ. *inſigni facilitate.* Mox Bert. *præminiſtratui, verrit.*

ibid. Sternit, coquit, tuceta concinnat, apponit ſatullè) Mſ. *tuceta concremat, apponit ſcitulè.* Bertin. quoque : *ſcitulè.*

Ibid. Inſimulatione promendi quæ poſcebat uſus) Mſ. *inſinuatione.*

Pag. 115. Totis ergò prolatis erutiſque rebus] In Fulviano, ut in Baſilienſi editione legitur: *eruditiſque*: quomodo & apud Plinium in prœmio lib. 12. in vet. cod. legitur: *Reſtant terra edita, ut inde erudita dicantur.* Et apud Tert. de pudicitia, c.8. *erudito mox utroque corpore & luminibus expreſſis.*

ibid. Provolutos in proximas ripas præcipites dedere] Jam ſuperiùs admonui in manuſc. legi: *rupinas.*

Pag. 116. In greges equinos laſciviens diſcurrerem] Mſ. *equitios.*

ibid. Honoribuſque plurimis aſino meo tributis] Mſ. *aſino modo tributis.*

ibid. Mihi verò per diem laborioſæ machinæ attento ſub ipſa veſpera furfures apponebat] Mſ. *machina attrito.* quo probabilis videtur lectio, ut dixerit *Tritus machina*, ſicut feſſus laborum & ſexcenta tanta apud Symmachum: & Apul. 1. de aſin. *mihi fagitationis heſterna etiamnunc ſaucio.*

Pag. 117. Mandatis dominicis ſerius auſcultator aliquando permiſit. Ac ego] ſic lego ex Bert. monui Suſpect. lect.4. epiſt.21. Solere nominibus caſum verbi jungi. Sic Cic. 1. de legibus. *Juſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutiſque populorum.*

ibid. Mares enim ob admiſſuram veterem paſti ſatianter ac diu ſaginati] Impendio placet hoc manuſc. *ob admiſſuram veneream paſſim ſatiati ac diu ſaginati.*

ibid. Ille terga pulpoſis torulis obeſa convertens] Mſ. *converrens.*

ibid. Adeon' præpotens ille tyrannus ſic parcus ordei fuit] Ita Bertin. ſimilis exclamatio fuerat ſuperius lib. 6. pag. 99. *Ergò & inter mortuos avaritia vivit.* Et apud Petron. pag. 35. *Ergò amor etiam Deos tangit.*

ibid. Sudes inceſſendo conterebam ungulas: verum fuſtium quoque crebris ictibus proclive dedolabar] ſic Bertin.

Pag. 118. Ut ſarcinæ molem elephanto, non aſino paratum putares]. Manuſc. *Ut faſcium molem.* Paulò ante Bertin. *tanto me premebat.*

ibid. Exiguum ille ſcilicet tantæ molis ſuperpondium] Ita rectè Bertin.

ibid. Certam partem tanti ponderis &c.] Mſ. *Certè partem.* Et placet. *Certè* pro ſaltim, dumtaxat. Sic fine hujus libri: *Certè dorſo receptum auferres protinus.*

ibid. Totum me bompilabat cædens fuſte graviſſimo] Fulvius ex Plauto mavult: *concipilabat.*

ibid. Donec fomenti vice, me plagæ ſuſcitarent] Mſ. *ipſa me pl.*

ibid. Ut inceſſu modo commodæ] Bertin. & Fulvian. codd. *inceſſu meo com.* Rectè.

ibid. Idque jurans etiam nonnunquam comminabatur] Ita Bertin.

ibid. Expugnata patientia mea calces validas extuleram] Mſ. *calces in eum val.*

Pag. 119. Stuppæ ſarcina me ſatis onuſtum, propereque funiculis conſtrictum] Malo cum mſ. *Onuſtum, funiculiſque conſt.*

ibid. Jamque fomento tenui caleſcens] Sic Bertin.

ibid. Hic quoque nequiſſimum ſuum factum in me retrorſit] Mſ. *Hoc quoqu.*

ibid. Vicinorum foculos tranſeuntem] Manuſc. *focillos.*

ibid. Fruſtra paſcemus ignigenum iſtum] Mſ. *unguinum iſtum.* alius mſ. *inguinum iſtum.* Rurſum alius: *ingrinum iſtum.*

ibid. Videris iſtum pigrum tardiſſimumque & nimis aſinum] Mſ. *tardiſſimumque nimis aſinum.*

ibid.

ibid. Ut quemque enim viatorem proſpexerit, ſive illa ſit vetula mulier, ſive viro nubilis, ſeu tener puellus) Vult hic enumerare delicias, à quibus niſi fallor vetulæ mulieris nimium quantum differunt. quare cum in mſ. ſit: *Situla mulier*, malim: *Scitula*. Et poſtea legerim: *virgo nubilis*; ut in Suſpectis dixi.

ibid. Et ferinas voluptates, averſam Venerem invitat ad nuptias) malim cum mſ. legere: *averſa Venere.*

Pag. 120. Ibidem in coram omnium] Bertin. *in eorum omnium.* Modius: *in ore omnium.* id eſt, in præſentia, conſpectu.

ibid. Quod niſi ploratu geſtuque feminęo) Corrige ex mſ. *queſtuque.*

ibid. Communem omnium adulterum illis ſuis monſtruoſis nuptiis condignam victimamus hoſtiam) mſ. *adulterum vel ſuis m. n.*

ibid. Nam corium inſperſu cineris affirmatum dominis referemus, ejuſque mortem de lupo facilè metiemur) Mſ. *eiſque mortem.*

ibid. Sed quidam de cœtu illo ruſticorum) Mſ. *illorum ruſt.*

Pag. 121. Denique niſi vobis ſuadeo volentibus) Omninò cum Bertin. legendum: *nolentibus.* quale eſt Plautinum illud: *niſi nevis.*

ibid. Obliquam gravemque me ducebat viam) Mendosè; ut quivis videat. Bertin. *ignoramque.* Ald. editio: *ignaramque.* rectè. Tacitus lib. 2. *per occulta & vigilibus ignara.* Suſpect. lib. 4. epiſt. 12.

ibid. Conſuetus ex forma concidi fuſtibus) Hæc Colvii eſt lectio. Sed vulgò legitur: *Conſuetus ex forma concidi fuſt.* Mſ. Fulvii: *Conſuetus concidi fuſt.* Et ſtatim: *tam oportunum patibulum.*

Pag. 122. Ain'? te nos tractamus incongruè) Ita Bertin.

ibid.

ibid. Sed planè concinnatum Solutum & Solitarium.] Manuſcriptus: *concitatum.* nimirum ad fugam.

ibid. Nec uſpiam ruris reperitur ille] Mſ. *aperitur.* alius: *operitur.*

ibid. Et cadaver quidem disjectis partibus tandem totum repertum ægreque concinnatum] Mſ. *Continuatum.*

Pag. 123. Caput ipſum peſſimo iſti aſino demere] Bert. *iſto.*

ibid. Et nunc iſte ſecurus] Bertin. *Et metus iſte ſecurus.*

ibid. Ventrem ſemper eſitando diſtendit.] Mſ. *eſcitando.*

ibid. Et cum dicto ſubſertis manibus] Mſ. quidam: *Subſeptis.*

Pag. 124. Qua ſtabuli fores offirmari ſolebant] Bertinianus: *affirmari.* Sic pag. 120. *Corium affirmatum cineris inſperſu.* Sic apud Cicer. 1. ad Attic. epiſt. 9. in v. c. ſcriptum erat: *voluntas obſtinatior & in hac iracundia affirmatior.* Vulgò: *offirmatior.*

ibid. Mediis inguinibus obtrudit] Bert. *contrudit.* unde Modius: *condit.*

ibid. Liquidiſſimo ſtercoris ſtrictim egeſto] Sic Bert. fortè: *ſtercori*, pro, ſtercore.

NOTÆ

In Apuleji librum octavum de Aſino.

Pag. 124. VEnit quidam Juvenis ex proxima villula, ut quidem] Sic Bertin. in quo mox, ut ſemper, *Equiſonos*, legas, idque rectè.

ibid. Quæque poſſent meritò doctiores quibus

ſtilos fortuna ſubminiſtrat] Bertin. *quæ poſſit meritò d. q. ſtilum.* Unde conjeci: *quæ poſſit meritò doctior & quibus ſtilum fort. ſub.*

Pag. 125. Ac dum herilis puellæ in boni Lepolemi manum venerat] Fulvius mavult: *convenerat.* Sicut inf. pag. 129. *modò ne in Thraſilli manum ſacrilegam convenias.*

ibid. Nactus denique præſentiæ ſuæ tempeſtivam occaſionem] Mſ. *tempeſtillam.*

ibid. In profundam vomam Cupidinis ſeſe paulatim neſcius præcipitaverat] Sunt manuſc. qui legant: *in prof. ruinam Cupid.* Optimus tamen Fulvii legit: *romam.* Latet aliquid. *Ruina* non male latinè dicitur, nam & Cicero pro Flacco innocentiæ labem & ruinam dixit, quo loco labem interpretor hiatum, quo modo cum alibi, tum de divin. uſurpat Cicero: *multis locis labes facta eſt terraque deſederunt.*

ibid. Diu denique deliberaverat ſecum Thraſillus, cùm nec clandeſtinis colloquiis oportunum reperiret locum] Manuſcriptus: *quo vel clandeſtinis colloq. op. reperiret locum.* Et placet; ſed conjectura ductus ſubjungo: *Cùm & adulterinæ Veneris magiſque præcluſos aditus copia cuſtodientium cerneret* &c. In vocabula *locum*, poſteriore ſyllaba repetita.

Pag. 126. Jamque apud frondoſum tumulum, ramorumque denſis tegminibus umbroſum, proſpectu veſtigatorum obſeptis campis] mſ. *Fr. tumulum ramoſumque d. t. umbroſâ profectu veſtigatorum obſentitis campis.*

ibid. Canum procaciores, qui cominus contulerant veſtigium] Manuſcriptus: *quæ.* Notavit Rittershuſius olim meus in Oppianum, cùm de venatione ſermo eſt; Canes feminino genere potius dici.

ibid.

ibid. Latratibus fervidis diſſoniſque] Bertin. *lat. ſecundis diſſ.*

Pag. 127. Incendio ferocitatis ardeſcens denſium compulſa] Sic Bertin. Sed Ald. editio: *dentium compulſu.* Mox legendum cum Bertin. *fera quidem pepercit.*

ibid. Quadrupes recidens] Manuſcriptus: *reſidens.* Probiſſimè in poſtumos enim poplites reſedit equus.

ibid. Terram. Nec diu ſcilicet eumque aper furens invadit jacentem, ac primò lacinias] ita Bert. Suſpicor locum eſſe gloſſemate depravatum & deletis, *ſcilicet eum,* legendum: *Nec diu, aper furens invadit jacentem.* adſcripſperat quis, *ſcilicet eum.*

ibid. Sed percito atque plagoſa vulnera contegenti] Manuſc. *Sed percito atque pl. crura contegenti.*

ibid. Ad hunc modum defuncto juvene] Mſ. *definito.* Mox Bertin. *quamquam peracto voto.* Et rurſum: *avidè circumplexus.*

ibid. Omnia quidem lugentium officia finxit] Non debuit à Colvio ſollicitari vulgata lectio: *officia ſolerter affingit.* Sicut & in mſ. Fulviano legitur. *Affingit* [illegible] *vel* [illegible]. ſtatim in Bertin. eſt: *Fama dilatatur.*

Pag. 128. Sed & Traſyllus nimium clamare] Mſ. *nimium nimius clamare.*

ibid. Sed officiis inferialibus ſtatim factis] Mſ. *ſtatim expletis.* Bertin. & vulgati: *ereptis.* Unde faciebam: *exactis.* Sic libro 9. pag. 162. *peractis feralibus officiis tradunt ſepulturæ.*

ibid. Cruciabat. Sed Thraſyllus præceps alioquin qui & temerarius] Sic eſt in Bertin. Sed particula, *qui*, delenda eſt. *Alioquin*, ſæpè ſic legitur apud hunc. ut lib. 2. pag. 20. *Tunc illa lepida alioquin & dicacula puella, diſcede, inquit.*

Pag. 129. Corruit Corpus & obumbravit animam] Ita Bertin.

ibid. Ferinos rugitus iterans] Manuſcriptus: *mugitus.*

ibid. Acerbæ mortis meæ caſus fædus charitatis intercidit] Fulvius conjicit legendum: *caſu.* Mox in Bertin. *quoivis alio felicius maritare.*

ibid. At illa ut primùm mœſta quieverat] rectè Bertin. *conniverat.*

ibid. Lachrymis emanantibus genas contundit] Audacia Colvii hanc nobis lectionem peperit. nam ante legebatur: *cohumidat*, id quod & manuſcriptus quidam agnoſcit, quamvis alius liber habeat: *coudat.*

ibid. Ærumnali vitæ ſeſe ſubtrahere tacita decernit] Sic Bertin.

Pag. 131. Quieſce ſecurus, beatè ſomniare. non ego gladio, non ferro petam] Bertin. *ſecurè.* amplius ſuſpicor: *ſomnia: te non ego.*

Pag. 132. Neſcio quod ſcelus geſtiens monumentum mariti contendit] Ante legebatur *geſt. circa mon.* Manuſc. Fulvii: *Secta mon.* Unde Fulvius conjicit: *rectà monumentum m. contendit.*

ibid. Fletus uberes & lamentationes varias] Mſ. *lacrimationes.*

ibid. Et enarratis ordine ſingulis] malim ut eſt in Bertin. *enunciatis.*

ibid. Hic ille longo] corrigendum: *hac ille.* hoc jam mendum plus duodecies his tribus libris occurrit.

ibid. Tunc illi mutati domini novitatem metuentes] Mſ. *dominii.*

Pag. 133. Rurſusque repoſita camporum ad ſpacia pervecti] In manuſc. omittitur præpoſitio, Apulejano more. *Repoſita* dicit, ut ſuperius lib. 4. *convalles repoſitas.*

ibid.

ibid. Inter conferta jumenta latenter abſconditus] Bertin. & Ful. *conſerta.* Sic pag. ſeq. *conſerta juventutis ſtrepitu.*

Pag. 134. Dum in altum & aduſque cœlum ſubſilit] Sic Bertin.

ibid. Canes copioſos] Manuſc. *capioſos.* fortè: *rabioſos.*

Pag. 135. Cruorem uxoris abſtergens] Manuſ. *abigens.*

ibid. Tam crudelibus animis invaditis atque obteritis? quas prædas munitis?] rectiſſimè manuſcriptus *invaditis, proſternitis, atque obteritis? quas prædas metuitis?* Qui putat *prædas munire* ita dici, ſicut Plauto, *Mœnia muniri*: ei ſanum non eſt ſincipur.

ibid. Placuit illis ductoribus noſtris paululum conquieſcere, corporaque ſua diversè laniata ſedulò recurare] manuſc. *deduct. meis refectui paululum c. c. q. ſ. d. l. ſ. recreare.*

ibid. Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere, ille ſpongiis macidatis tumores comprimere] Colvius legit: *maditatis.* Sed vera eſt mſ. lectio: *inacidatis*, hoc eſt, aceto tinctis.

Pag. 137. Conſervam conjugam] ita Bertin. & Fulvianus: atque hic numquam aliter.

ibid. Ultro citroque commeabant multijuga ſcaturigine] Manuſc. *multivaga.* Sed in Bertin. eſt: *ultrò citro.* rectè: ſic lib. 1. pag. 3. *Ultro cito diſcurrens.* Donatus in illud Eunuchi: *Ut mihi tua domus te præſente abſente pateat.* ſic ſcribit: *Proverbiale eſt, præſente abſente, ut ſurſum deorſum, ultro citro, & cætera hujuſmodi, fanda infanda, juſta injuſta, digna indigna, velit nolit.* Sic Horat. *ſerius ocius.*

ibid. Mellitum corporis nidorem perſentiſcunt] ſic legendum ex Bertin.

Pag. 138. Et longè quæſituris firmas latebræ vide-

viderentur] Manuſc. *quæſitis.* Et mox: *crebritas invitabat.*

ibid. Quæ res cognitu non ardua] Manuſc. *non tarda.*

Pag. 139. Quintum ei nunciavit annum: ſed ipſe ſcilicet melius iſtud de ſuis novit profeſſionibus] Ita Bertin.

Pag. 140. Præſepio, me proximum deligant] Mſ. *proximo.*

ibid. In modum lanciolarum] Modius: *laciniarum.*

Pag. 141. Sui fieri meliores] Fuit cùm locum hunc de mendo ſuſpectum haberem, ob ignorationem Græciſmi ἑαυτῶν βελτίους. Sic lib. 9. p. 167. *Illum pereempturus invadit avidus. Nec tamen ſui molliorem provolaverat.* hoc eſt, ſe ignaviorem. Labor adeò ut lib. 3. 41. legendum putem: *Statuas & imagines dignioribus meique majoribus reſervare ſuadeo.* Nam vulgata lectio: *meique majoribus*, nihil juvatur exemplis à Colvio allatis. Porrò idem, quod hic mihi, viro docto uſuvenit in Tacito, apud quem ſub initium lib. 5. hiſt. legimus: *Atque ipſe ut ſuperior ſui jam crederetur, decorum ſe promptumque in armis oſtendebat.* Conatur iſtic mutare: *Ipſe ut ſuper fortunam crederetur.* Sed non dubito, quin ſic admonitus ſententiam potiùs ſuam, quàm Taciti verba, dehinc mutaturus ſit.

ibid. Multinodis commulcat ictibus] Mſ. *multimodis.*

ibid. Ut quorundam hominum lactem] manuſ. *lacte.* Mox Bertin. *& lactes, & caſeos.*

Pag. 142, Illicitæ libidinis] Mſ. *libitudinis.*

ibid. Execrandis uredinibus flagitabant] Mſ. *uriginibus.*

ibid. Porrò Quirites proclamare] Sic legendum cum Bertin.

ibid.

ibid. Jam jamque vicinos undique partientes] Malim cum mſ. *percientes*, id eſt, commoventes, inſtigantes. Stevechius: *arcientes*, id eſt, advocantes, arceſſentes.

ibid. Rurſum itaque me refertum ſarcinis, plenis gladiis minantes] Mſ. *planeis gladiis minantes*. Latet quippiam.

Pag. 143. Sonu tympanorum cantuſque Phrygii mulcentibus modulis exercitus procurrit] Ita eſt in quibuſdam libris.

ibid. Deſtinata etiam laniena cultros acuebat] rectè mſ. *deſtinata etiam laniena.*

NOTÆ

In Apuleji librum nonum de Aſino.

Pag. 144. Vinculo, quo fueram deligatus, arrupto] Mſ. *obrupto*. Quod probat Fulvius, & teſtatur apud Horatium ſimiliter legi in mſ. *obrumpens caro vincula Pirithoo.*

ibid. Sed unus ex his de cœlo miſſus mihi ſoſpitator] Mſ. *de cœlo, ſcilicet miſſus.*

Pag. 146. Pronus & totum caput invergens ſalutares verè equidem illas aquas hauriebam] Mſ. *caput vergens*. Fulvius conjicit legendum: *totus in caput vergens*, id eſt, cernuus.

ibid. Extrema laſcivia famigerabilis] Sic Bert. quomodo infrà hoc lib. pag. 157. *Nefarium & extremum facinus*. Sed nihil intereſt, extrema, an poſtrema legas. Cic. in Piſon. *nihil eſt iſto poſterius. nihil nequius*. Et pro Sex. Roſc. *Ut poſtremi homines alienis pecuniis locupletarentur*. Pacatus Panegyr. *Omnium ſcelerum poſtremorumque vitiorum*. Ex quo intelligas, falli eos, qui mutare volunt hæc lib. 3.

pag. 43. *Tunc ultima non ceſſas?* ut legatur ſcilicet. *Tunc miluina.* Nam & pag 153. *Ultima piſtoris illa uxor.*

Pag. 147. Mero & prandio matutino ſaucia] Si ita in manuſcripto reperit Colvius, equidem probo lectionem. nam ita & Ennius: *Flore ſe ſauciavit Liberi.* Sed tamen Aldi editio habet: *Satia.* Fulvii liber: *ſatiata.*

Pag. 148. Ad hoſpitium adulteri proferre] Mſ. *deferre.*

ibid. Adeo conjuncti terram proſcindunt boves] Mſ. *conjunctim.*

ibid. Matrimonium forte captantes] Manuſc. *coaptantes.*

ibid. Additum victoriam forti præſagio] Rectè Bert. *addictam.* Eſt enim hoc augurale verbum. Liv. lib. 1. *hoc neque mutari neque novum inſtitui, niſi aves addixiſſent, poſſe.* id eſt, permiſiſſent, ſive, ut ibidem Livius loquitur *admiſiſſent.*

ibid. Sed aſſiduis interrogationibus, argumenti ſatietate jam defecti] Ita repoſuit Colvius, cùm ante legeretur: *argenti.* Defecti ἀπειρηκότες. Petronius: *lucerna humore defecta;* quamvis alii lib. habeant: *referti.* Ego ſuſpicer legendum: *Sed aſſ. int. argenti etiam ſatietate defeſſi.* Cicero: *defatigatur auditor ſimilitudinis ſatietate.* Idem: *nemo eſt, quin ſatietate jam defeſſus ſit.* Monui jam in Phædrum, itemque libello de Arte Critica, *Defectus* ſæpè ſcriptum fuiſſe, pro *defeſſus*; & contra. iis quibus hoc nomine reprehendere me viſum eſt, erit cùm reſpondebo.

Pag. 149. Has & alias ſimiles affanias fruſtra altercantes] Ita Bertin. Arnob. lib. 5. *Deum cum homanculo altercabilem conſeruiſſe ſermonem.*

ibid. Protinuſque frumento etiam coëmpto affatim onuſtum] Mſ. ſtramento,

Pag. 150. Lucubrabant pervigilam farinam] Ita Bertin. vulgò: *pervigilem.* Plautus etiam *Venerem noctuvigilam* dixit Curcul.

ibid. Illicò ſcitiſſimè tæniæ ſparteæ totus innixus] Mſ. *Illico ſcitiſſimè cenia ſpartea.* Sic & infrà pag. 183, pro *Tænia* in libro Lipſii *Cenia* ſcriptum fuiſſe teſtatur Colvius.

Pag. 151. Cum lurore deformes] rectè manuſ. *tum lurore def.*

ibid. Ut in modum pugilum] lego: *& in modum.*

Pag. 152. Viriòſa] Mſ. *jurgioſa.*

ibid. Calcatis divinis numinibus] Malim, ut eſt in Bertin. *mentibus.*

ibid. Continuò ſtupro corpus manciparat] Mſ. *ſtupro proh corpus m.*

ibid. Stupri ſequeſtra & adulterorum internuncia] Fulv. *ſtupri conſcia.* Malim: *adulterorum.*

ibid Velitatas cenas fraudulentas] Dixi in Suſpectis legendum: *velitata ſcenas.* Sic n. eſt in Bert. *Scenas.* Apulejus non ſemel pro fraudibus & technis ponit, ut lib. 8. pag. 130. *Placuit Thraſyllo ſcena feralium nuptiarum.* Et pag. 142. *Turpiſſimam ſcenam patefaciunt.* Et pag. 159. *Scenam propudioſa mulieris patefecit.* Placidus in gloſſis: *Scena, vocatur compoſitio alicujus criminis, quæ digna ſunt gagunteatro exclamationibus tragicis.* Lego: *agi in theatro.* Quinctil. lib. 6. cap. 1. *diſcutienda tamen oratione hujuſmodi ſcena.* Loquitur de technis & artificio oratorum lacrimis judices moventium.

Pag. 153. Denique die quadam timidæ illius aniculæ ſermo talis meas adfertur aures] Mſ. *talis quidem meas.* fortè: *quidam.* Porrò vox, *timida*, timeo menda ut careat, neque n. ſequens aniculæ ſermo quicquam habet timori adfine. Et quid ſi legendum: *uvida*, id eſt ebrioſæ, ſicut Horatius voce iſta utitur?

ibid. De iſto quidem, mi herilis, tecum ipſa videris, quem ſine meo conſilio pigrum & formidoloſum familiarem iſtum ſortita es] rectè mſ. *qua ſine meo conſ.*

ibid. Quem Scorpionem primorum rude vulgus appellat] Ita Bertin.

ibid. Fidelitate præcipua cognitum ſecretum commovet] Mſ. *ſecretò*.

ibid. Mortem denique violentam & famem comminatus] Malim: *infamem*, & furcam intelligo ſive crucem. Lactant. lib. 4. cap. 26. *cur potiſſimum cruce? cur infami genere ſupplicii?* Incertus auctor in Catalect. Virgil. *Noxius infami diſtrictus ſtipite membra.*

ibid. Si quiſquam hominum vel in tranſitu digitotenus eam contigiſſet] Malim: *quiſquam omnium.* Sic apud Salluſt. in V. c. *amicorum neque nobis neque cuiquam omnium ſatis fuit.* Cicero ſæpè utitur. Et Apul. de Deo Socr. p. 61. *nec eſſe quicquam omnium quod habeat & laudem diligentia & gratiam celeritatis.*

Pag. 154. Inſeparabilis adſidebat] Manuſc. *adſiſtebat.*

ibid. Inſtrictus atque inflammatus] Sine dubio legendum: *inſtinctus.*

ibid. Hujuſcemodi ſuadelis validum addens cuneum] Bertin. *aculeis.*

Pag. 156. Sublatis his & in ſinum furtim abſconditis] Mſ. *fartim.* Placet.

ibid. Forum verſus detrahi] Manuſcriptus: *attrahi.*

ibid. Barbarus vultu turgidus] Malim cum Bertin. *vultu turbido.* id eſt, pleno terroris & perturbationis, ait Servius in 12. Æneid.

ibid. Qui & iſta vincula conteras] ſicut Plautus *compedium tritorem* dicit; mſ. tamen habet, *conferas.* fortè: *circumferas.*

ibid.

ibid. Et ignovit ex animo] Modius unicâ voce legit : *exanimo*, id eſt, qui metu fuerat exanimatus. Sed paulò ante puto non minus veram, quam ingenioſam eſſe Stevechii conjecturam : *immò os ſublitus & ad credulitatem delapſus.*

Pag. 157. Denique ut Dei cujuſdam, ſic adventus exſpectatur adulteri] Videtur alludi ad *παρουσίαν, θεοῦ ἐπιφάνεια.*

ibid. Revelatis luminibus liber etiam cunctas facinoroſæ mulieris artes proſpectare poteram] Valdè probo Fulvii conjecturam : *liberè jam cunctas* &c.

ibid. Quo frumenta purgari conſueverant] Alii libri : *frumenta confuſa purgari.* Bert. *confrixa.*

ibid. Contubernalis artiſſimi relicta cænula] Mſ. *deſertâ cænula.*

Pag. 158. Sic ignarus ſuorum, domus alienæ percenſet infortunium] Huc facit epigramma vetus :

> Ἐκτὸς παιδεύεις Πάριδος κακὰ καὶ Μενελάου,
> ἔνδον ἔχων πολλοὺς τῆς Ἑλένης Πάριδας.

> *Ipſe foris Paridis mala narras & Menelai,*
> *Intus habens propria haud unum Helenæ Paridem.*

ibid. Suffuſa candido fumo ſulfuris inalbabat] Mſ. *Suffiſa.*

ibid. Gladium flagitans jugulare moriturum geſtiebat] Fulvius mavult : *jug. machum geſt.*

ibid. Brevi abſque noxa noſtri ſuapte inimicum ejus violentia ſulfuris periturum] Qui me olim reprehenderunt, quod *ſuaptè* ita abſolutè dixiſſem pro, ſua ſponte : iis vel hunc ob locum ſententiam mutare licet : quamvis mihi certum ſit, majorum quoque gentium auctores itidem particulam hanc fuiſſe uſos. Et apud Lucretium quidem

dem hoc notavit Giſanius. Apud Catullum in quibuſdam editionibus legitur: *ſonitu ſuapte Tinniunt aures.* Varro IV. de ling. lat. ubi de caſeo loquitur: *Poſteaquam deſierunt eſſe contenti his, quæ ſuapte natura ferebat ſine igne.* Agell. 18. cap. 10. *quod vena quidem ſuapte immobiles ſint.* Ita ibi V. C.

Pag. 159. Temporius quieti recedere] manuſc. *decedere.*

Pag. 160. Nec ad exemplum machinæ trunculentæ ſulphuris te letali fumo necabo] Mſ. Bertin. pro *machina*, habet, *votivo.* Sed Fulvianus: *ad ex. naƈtina trunculente ſulphuris te l. f. n.* Naƈtina ergo idem fortè erit qui *Nacca*, de quo modò ſermo erat, id eſt, de Fullone: an verius ut uxorem naccæ ſignificet? videat Leƈtor eruditus M. N. L.

ibid. Nec erciſcundæ familiæ, ſed communi dividundo formula dimicabo] Mſ. *dimidiabo.* Statim legend. ex mſ. *altrorſus.*

ibid. Atque eas liberas & connubia lege ſociatas corrumpis] Mſ. *atque eas libans.*

ibid. Protinus de ſua proturbavit domo] ſic Stevechius & Colvius legi voluerunt, cùm in omnibus libris eſſet: *perturbavit.* Vid. Suſpeƈt. leƈt. 2. epiſt. 14. ubi *Perturbavit* aſſero ex Cicerone, Cæſare, Valerio Max.

Pag. 162. Comparat quinquaginta numis, ſed magno, ut ajebat. Sed ut communi labore viƈtum ſibi quæreret] Fulvius conjicit: *ſcilicet ut communi.* quod mihi non diſplicet. Facilè enim ex *ſcil.* hoc eſt, *ſcilicet* (quomodo & alibi in Fulvii mſ. ſcriptum erat) fieri potuit, *ſed.* Colvius aliis locis ſimiliter *ſcilicet* pro *ſed* benè reponit, aitque in ſuo libro, ſcil. ſcribi ſolitum, quod utrumque ſignificat, & *ſed*, & *ſcilicet.*

ibid. Ibi venditoribus tradita mercede] Reƈtè Ful-

Fulvius: *merce.* nimirum oleribus, quæ vendebat hortulanus. Atque etiam ita Stevechius.

Pag. 163. Mihi & ipſi domino cena par ac ſimilis oppido, ſed tenuis aderat] rectè mſ. *ac ſimilis, oppidò tamen tenuis.*

ibid. Sacculo & utribus vacuis ſecum apportatis] Neſcio quid ſit, quod in Bertin. ſcriptum eſt: *& verubus meis vacuis.*

ibid. Clamore genuino] mſ. *clangore.*

Pag. 164. Majus oſtentum & quod meritò perhorreſcerent] Mſ. *meritò omnes perhorr.*

Pag. 165. Saltem verbis temperare noluit] Bertin. *voluit.*

ibid. Canes paſtoricios, villaticos, feros atque immanes, adſuetos abjecta per agros exicare cadavera] Non animadvertit Colvius flagitium librarii Itali, cui, X. & S. idem ſonant. quod ſi ſciviſſet, facilè animadvertiſſet legendum: *eſitare.* quomodo Fulvianus codex habet. Statim pro *Annulatos*, vulgati libri & Bertinianus codex habent: *Aluminatos.*

ibid. Nec fugientibus ſaltem compeſcunt] *Compeſcunt* ἐπέχουσι. hoc eſt, ſe ab illis continent, ſe inhibent & ſubſiſtunt. Non enim ſatis placet Colvianum hoc, ut compeſcere & compercere, hoc eſt, parcere, idem ſint. Opponuntur enim hoc loco: *Fugientibus compeſcunt*, &: *Irritatiores ſequuntur.*

Pag. 166. Lapidibus crebris in eum velitantur] Bertin. *in eum vindicant.*

ibid. Lapis contra omnium opinionem deciderat innoxius] *Innoxius* more Plautino pro eo, qui nihil nocet, ἀβλαβής, ut & pag. ſeq. *Nec innoxius ei ſaltem regreſſus evenit.*

ibid. De proſtratis tuis civibus glorioſè triumphandum ſcias. licet privato ſuis poſſeſſionibus pau-

paupere &c] legendum conjeci : *triumpha*, *dum ſcias*, *licet privato* &c. S. Salvianus extremo libro quinto de gubernat. Dei : *quamlibet cuncta occupes*, *quamlibet cuncta parvadas*, *vicinum ſemper invenies*.

Pag. 167. Magnoque niſu ferro vibrato] Vulgati libri habent : *ferro librante*. Mſ. Fulvii : *ferro librato*.

ibid. Super menſam cæruleus corruens] Alii libri : *tremulus*. quid ſi : *cernuus*, vel, *cornutus ?*

ibid. Protinus inſcenſo me] Ita & unus ex Fulvii codicibus. Vulgò legebatur : *infeſſo*. rectiùs mſ. *inſeſſo*: *ſtrangulavit*.

ibid. Eum dorſo meo perturbar] ſic libri vulgati & Bertin. vid. not. ad pag. 160.

Pag. 168. Nedum ut rebus amplioribus idoneus videatur gerulus] In Bertin. non eſt particula *ut*, elegantiùs.

ibid. Proſtratus ac præventus vulneribus] Bertinianus : *ac præmovens vulneribus*. fortè : *ac penè moriens*.

ibid. Rectè feſtinas ad Civitatem] Mſ. *rectà*. Et mox. *Cunctiſque enarratis*.

Pag. 169. Deorſus in ipſa tabernacula direpit) Fulv. & Bert. *tabernula*. Sed leg. *derepit*.

ibid. Velut emerſus gravi crapula) Mſ. *emerſus è gravi*.

ibid. Iſtas tunc clades enarrat ſuas) Mſ. *iſtam tamen cladem en. ſuam*.

ibid. Contra militones) Mſ. *contra commilitones*. Mox legendum : *at illius negantis*.

Pag. 170. Quidam me velut captivum detrahunt) Mſ. *trahunt*.

Pag. 171. Collineatis oculis ad umbram meam) ſic omninò ſcribendum, non *collimatis*, auctoritate optimorum & vetuſtiſſimorum codicum. Eſt autem *Collineare*, jaculum ad ſcopum aliquem dirigere,

gere, non autem, tangere propoſitum, ut perperam non vulgi tantum putant, ſed docti etiam multi, quorum Muretus fuit, qui ſcribit: *nec peritiſſimos quidem jaculatores ſemper collineare.* ſive, ut ipſe mavult, *collimare.* Cicero enim haſtam aut ſagittam aliquo collineare dicit. Et Agell. lib. 9. c. 1. *Si in editiora mittas & ad percutiendum supernè aliquid manus & oculos collinees, quo motus à te datus fuerit, & telum ibit, quo jeceris.* Suprà pag. 61.

NOTÆ

In Apuleji librum decimum de Aſino.

Pag. 171. ET ſcutum cæteris his longiùs lucens] πορρωτέρω ἀποστίλβον. mihi locus eſt ſuſpectus, maximè quod in Lipſiano codice ſcriptum ait Colvius: *ſcutum cetera longiorem lucens.* Fortè: *cetera longè relucens.* vel: *ceteris longè prælucens.* Sanè ſimile quippiam latere puto.

ibid. Immodicè bacchatus amor) Mſ. *debacchatus.*

ibid. Pallor deformis, marcentes oculi) Mſ. *deforis.* quod ſcires eſſe Apulejanum.

ibid. Senili triſtitie ſtriatam gerens frontem) Mſ. *ſtrictam.* Sicut Petr.

Quid me ſpectatis conſtricta fronte Catones?

Pag. 172. At juvenis nihil etiam tunc ſequius ſuſpicatus) Elegantiùs in Bertin. *nihil etiam ſequius?* quomodo Plautus non ſemel.

ibid. Nam quod nemo novit, pænè non fit) Mſ. *penitus non fit.*

Pag. 173. Continuo perduxit hauſtu) Mſ. *perd. ad hauſtum.*

Pag. 174. Adhuc uxoris dilectæ nimium mentitis lamentationibus ad extremum ſobolis impellebatur odium] Mſ. *ad hoc.* rectè, id eſt, inſuper, præterea, ſicut ſupra pag. 81. Poſt alter mſ. legit: *implebatur odiis.*

Pag. 175. Partim decuriones deprecari, partim populariter compeſcere] Scribo ex manuſc. *populares.*

ibid. Primus accuſator intendit] Hæc ſunt à Colvio pruriente nimium Critico. In omnibus libris eſt: *Incedit.* nihil adhuc intendiſſe accuſatorem ea quæ ſequuntur, docent.

ibid. Quibus autem verbis accuſator egerit] Manuſc. *accuſator orſerit* hoc eſt, orſus fuerit, ut putat Fulvius. quod mihi non ſatis placet. An, *urſerit?* Amplio.

ibid. Nec ſuſpicionibus tantam conjecturam permitti] Bertin. *ſuſpicationibus.*

ibid. Atqui illum promptiſſimum ſervum] nemo dubitabit, quin cum manuſc. legendum ſit: *potiſſimùm.*

Pag. 176. Hoc ad ordinem pertulit] Manuſc. *protulit.*

Pag. 177. Somniferum mandragoræ illum] Mſ. *mandragoram.*

Pag. 178. Medico finuntur aurei, oportuni ſomni precium] mſ. *optimi ſomni p.*

Pag. 180. Dejerant utrique] Elegantius mſ. *uterque.*

ibid. Partes electibilis comparere nuſquam] mſ. & vulgati. *electibiles.* Plautinè.

Pag. 181. Gratiorem commendatioremque me tamen ei facere cupiens] Manuſcriptus: *gratioſum.*

ibid. Non adeò abſurdè locutus es furcifer] Mſ. *jocatus.*

ibid.

ibid. Poculum quoque mulſi libenter appetat] Mſ. *paululum quoque.*

Pag. 182. Quod vellem rejecto capite demonſtrarem] Bertin. *dejecto.* Et placet. nam capite dejecto velut ſigno voluntatis & aſſenſus uti omnes ſolemus.

ibid. Qui ſodalem convivamque poſſidet luctantem aſinum, ſaltantem aſinum, voces humanas intelligentem, ſenſum nutibus exprimentem] Auctior hic mſ. *ſaltantem aſinum, jocantem, v. h. i. ſ. nutibus exp. aſinum.*

ibid. Munus gladiatorium triduanis ſpectaculis pollicitus] Mſ. *triduani ſpectaculi.*

ibid. Ac poſthabitis decoris prædarum carpentis] Bertin. *ac præterhabitis.* quod placet. Modius: *rhedarum carpentis.* Idem mox pro, *purpureis tapetis*, faciebat, *purpureis capiſtris.* nam in Bertin eſt: *capitis*: pro quo fortè rectiùs legatur: *Capitiis.* Ut enim in Varronem monet Scaliger; Capitia ſunt pectori tegendo, non capiti, quod capiant pectus, ut ait Var.

Pag. 183. Adinſtar Aſinariæ Paſiphaës complexus meos ardenter expetebat] Mſ. *Adinſtar boariæ Paſiphaës c. m. a. expectabat.* De verbo Exſpectandi dixi Suſpect. lib. 4. ep. 21.

ibid. Lucro ſuo tantum contentus annuit] Mſ. *tantum conſenſum.* Et ſtatim: *qui maxillas & cervices* &c. more Plautino, ut: *Vehicula, qui vehar.*

ibid Terreſtre nobis cubitum præſternunt] Sic Bert. in quo & ſtatim: *ſubſternunt.*

Pag. 184. Etiam nares perfundit meas] Mſ. *nates.*

ibid. Vel adventorum negotinumina] Ita ſanè & mſ. Sed vulgò legitur: *advectorum.* Fortè: *advocatorum.* quorum nota perpetua eſt, eſſe pecuniæ accipitres, & extortores.

ibid. Lacte ac melle confecta membra duris ungulis complecti] Bertin. *diverſis ungulis.*

ibid. Arctiſſimè namque complexa tum me prorſus, ſed totum recipit] Fortè: *complexatum me.* ſed mſ. *complexa totum me p. ſ. totum recepit.*

Pag. 185. Sed pietatis ſpectatæ juvenis] Bert. *Sed ſpectata præteritis juvenis.* Idem mox: *& arcana domus venerabilis ſilentia cuſtodia tradidit.*

Pag. 186. Ne qua fortè naſceretur veniendi contatio] Bertin. *veniendi occaſio atque contatio.* fortè: *cauſatio atque contatio.* id eſt, excuſatio. ſed vix videtur.

ibid. Hæc enim ſola ſciebat] Bertin. *hoc enim nomen ſola ſciebat.*

ibid. Mortem tam miſeram, & quæ minimè par erat illata eſt] Sic Bertin. fortè: *& à qua minime par erat.*

Pag. 187. Nec eum obſtinatione ſacrilega, qua ſemel cœperat, trunculenta mulier ungue latius à ſe diſcedere paſſa eſt] Mſ. unus habet: *oſtentatione.* alter: *obteſtatione.* Sicut ſtatim, pro, *obſtinationibus* in manuſc. legitur: *obteſtationibus.* idque rectiſſimè.

Pag. 188. Quid pluribus? laqueis fraudium peſſimarum uxor viduata medici facilè conſenſit] Sic eſt in Bertin.

Pag. 189. Dilatione languida paſſus marceſcere] Bertin. *dilatatione.*

ibid. Planè tenui ſpecula ſolabar clades ultimas] Mſ. *Planè ut potui tenui ſp.*

ibid. Nunc in orbe rotarum flexuoſi] ſcribo ex mſ. *rotatim.*

Pag. 190. Graphicè laciniaret] Bert. *laſciviaret.* Colvii & Fulvii mſ. *Liciniaret.*

ibid. Ipſe autem color Deæ divifus in ſpeciem] Corrige ex mſ. *diverſus.* Et probant ſequentia.

Pag. 191.

Pag. 191. Caſſides æratæ] Mſ. *obbata.* id eſt obbæ inſtar formatæ : vel *obaurata.* p. 199. ſoccos obauratos dixit.

ibid. Tibicen hormum canebat bellicoſum] Manuſcrip. *fœdior norium c. b.* Fulvius conjicit : *hortium* ὄρθιον.

ibid. Inquieto capite & oculis in aſpectu minacibus] Ita rectè Bertin. Et paulò poſt : *præclarè congruebant.*

ibid. Dominæ voluptatem Veneris coma blandientes] Bertin. *Veris como blandientes.* quod quid ſit, neſcire me fateor. Suidas quidem neſcio ſi huc faciat. cum ſcribit : κῶμοι, ᾠδαὶ, ὀρχήσεις μετὰ μέθης. id eſt, comi, cantus, ſaltationes vinolentorum ſeu commiſſabundorum. Heſychius: κῶμος, εἶδος, ὀρχήσεως ποιμένος τινός. quid ſi legas : *Veneris como.*

ibid. Et leviter perfluctantes pinnulas] Bert. & editi quidam : *leviter fluctuantes.* Aſſentior iis, qui conjiciunt : *fluctuante ſpinula.*

Pag. 192. Hæc ut primum ante judicis conſpectum facta eſt] ἐγένετο. Donat. in act. 4, ſc. 3. Phormion. *Hac hinc faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt, abeat : ut Huc ſe faciat, huc accedat ſignificat.* Quin etiam teſtatur aliter apud Terentium legi : *Hac hinc faciat.* nihil igitur mutandum pag. 73. cum legitur : *Intra limen ſeſe facit.* Sic vetus interpres Actor. apoſtol. cap. 5. *Juſſit foras ad breve homines fieri.*

Pag. 193. Prorumpit vino crocus diluta] Mſ. *vino Græco diluta.*

ibid. Contagium ſceleſtæ pollutæque feminæ] Bertin. *ſceleroſa.* vox Lucretiana. Imo ipſ. Apul. pag. 169.

ibid. Dum magiſter meus lectulo probè coaptando diſtrictus inſervit] Manuſcriptus : *diſtrictius.*

ibid. Quod oppidum audit quidem nobiliſſima

ſima colonia Corinthienſium] Ita rectiſſimè ex Bertin. correxi. *Audit.* id eſt, celebratur, dicitur, cluit.

ibid. Tutiſſimum navium receptaculum] Mſ. *munitiſſimum.*

NOTÆ

In Apuleji librum undecimum de Aſino.

Pag. 124 FAto ſcilicet jam meis tot tantiſque cladibus ſatiato] Alii libri legunt : *fato inſuper jam meis* &c.

ibid. Vetuſtæ glandis ferino remoto pabulo] Bertin. *veſcula.* id eſt, ſiccæ & duræ, niſi fallor. Lucretius ; *Veſcum ſal* dixit, pro edaci, ſi Feſto credimus : qui ait etiam, *Veſculos homines* eſſe malè curatos & graciles. Sic Afranius : *At puer eſt veſcus imbecillus viribus.* In Gloſſis exponitur, *Veſcus* ὀλιγόσιτος. Lucill. *Quàm faſtidioſum ac veſcum vivere.* Sic lego apud Nonium *Veſcum*, id eſt, cum faſtidio edendi, velut interpretatur Agell. 16. cap. 5. qui *Veſcum*, ex *Ve*, & *eſca* compoſitum docet. *Ve*, autem modò auget ſignificationem, modò minuit. Hinc *Veſaba* in Gloſſis exponitur, parva faba. Virg. 3. Georg. *Nec Veſcas ſalicum frondes.* Ubi Servius : *Veſcas, ſiccas & teneras ; nam veſcum, hoc eſt pro pile. Unde & tela aranearum veſca vocantur.* Idem in 4. Georg. Veſcum papaver, dicit vocari ; quo veſcimur. nam aliud eſſe letæum, quo non veſcimur.

Pag. 195. Quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato] Bert. *medelis lenicibus.*

ibid. Nudis ignibus nutriens lata ſemina] Mſ. *Udis ignibus.*

ibid. In modum ſpeculi vel immò argumentum Lunæ] Fulvius de conjectura legit : *vel in modum ſemeſtris Lunæ.*

Pag. 196.

Pag. 196. Per injunctam extremitatem in ipſa oris planitie] Sic Bertin.

ibid. Totiſque conſtructa pomis] Mſ. *conſtricta.*

ibid. Trajectæ mediæ paucæ virgulæ] Bertin. *ungula.*

ibid. Lævæ verò cymbium dependebat aureum] Mſ. *Læva.*

ibid. Inferorum ſilentia nutibus meis diſpenſo] Rectè Bertin. *motibus meis.*

Pag. 197. Lenitis maris procelloſis fluctibus navigabili jam pelago] Vox, *fluctibus*, non eſt in Bertin. *Procelloſa maris* eleganter.

ibid. In ipſo procinctu pompæ] Bert. *protractu*; id eſt, dum protrahitur, dum procedit pompa.

ibid. Tibi conſtricti comitatus decedent populi] Fulvius conjicit: *tibi conſtipati comiter decedent populi.* In Bertin. pro *Comitatus* eſt, *commeatus.*

Pag. 200. Lucernam præmicantem claro porrigebat lumine. Sic Bertin. Et ſtatim: *medio ſui pectore flammulam factitans largiorem.*

ibid. Attollens canis carius ardua anulis, læva caduceum] Sic Bertin.

ibid. Bos in rectum levata ſtatum, bos omniparientis Deæ) Ita idem Bertin.

Pag. 201. Dextra proferens ſiſtrum deæ coronam, mihi etiam hercules coronam conſequenter, quod tot ac tantis exantlatis laboribus] Mendum loco huic inherere non eſt dubium. quomodo enim ſiſtrum eſt Deæ corona? Reſcribo manuſcripti ſecutus ductum: *ſiſtrum Dea, mihi coronam; & coronam hercules conſequenter quod* &c. Et probabit lector intelligens.

Pag. 202. Cauda nuſquam comparuit] Verbum *comparuit*, in Bertiniano codice non comparet. Rectè, velut apud Florum, lib. 4. cap. 2. *Primum de Gallia triumphum tranſmiſerat Rhenus, Rhodanus*

& Oceanus: alterum Nilus, Arſinoë & Pharus: tertius de Pharnace currus & Ponto: quartus Jubam & Mauros & his ſubactam oſtendebat Hiſpaniam. Pharſalia & Thapſus & Munda nuſquam. Et quanto majora erant, de quibus non triumphat.

ibid. Nam me cùm primum nefando tegmine diſpoliaverat ſinus] Mſ. *nefaſto.*

ibid. Vultu geniali & hercules perhumano in aſpectum meum attonitus ſic effatur] Bertin. *inhumano*, &, *affatur*. Mâlim: *in aſpectu meo attonitus.* more Apulejano.

Pag. 203. Comitare pompam Deæ ſoſpitatricis inovanti] Mſ. *innovando gradu.*

Pag. 204. Ibi ſimulacris Deum ritè diſpoſitis] Ita malim ex Bertin.

ibid. Picturis miris Ægyptiorum circumſecus variegatam] Mſ. *circumſeptus.* alii *circumſpectis.*

ibid. Simili ſtructu pompæ decori] Bert. *ſervili ritu pompa decori.*

ibid. De literis fauſta vota precatus] In mſ. vox *vota* non legitur.

Pag. 205. Sed intentus Deæ ſpecimen] Manuſ. Fulvii & Colvii: *intentans.*

ibid. Repentino lætati gaudio variè quiſque munerabundi ad meum feſtinant illicò divinum reducemque ab inferis conſpectum] Bertin. *verè quiſque.* Eſt poſtea: *diurnum.* id eſt, in diem lucemque, ut Modius interpretabatur.

ibid. Nec fuit nox una vel quies aliqua viſu Deæ monitiſque jejuna] Lege cum mſ. Fulv. *juſſu Deæ.*

ibid. At ego quamquam cupienti voluntate præditus, tamen religioſa formidine renitebar] Colvii mſ. *recreabar.* Fulvianus: *retardabar.* lego *retinebar.* tranſpoſitis liberis.

ibid. Cautoque circumſpectu] Bertin. *tantoque.* id eſt, magno, ſummo. Similia exempla apud Petr.

Petr. Fabrum in regulas Juris legiſſe videor. etiam apud Stevechium in Vegetium.

Pag. 206. In proventum proſperiorem attonitus] Malim: *attentus.*

ibid. De penetrabili fonte petitum] Bertin. *Dea penetrali.*

ibid. Quem diverſæ diſtractum notæ dorſualis agitatione recuperaverant] Hæc Colviana eſt lectio, in qua neque pes neque caput. Lege cum mſ. *Quem diversè diſtractum n. d. agnitione recuperaverant*] Lege locum integrum & aſſenties.

ibid. Spe futura beneficiis præſentibus pignerata] Lege cum mſ. *futuri.*

ibid. Ut me noctis ſocietate tandem arcanis initiaret] Hæc à Colvio ſunt, cujus acumen haud rarò delirare video. Vulgò legitur: *ut me noctis ſacra tandem arcanis initiarit.* Mſ. *Ut me noctis arcana tandem ſacratis (*Fulvius *: ſacris) initiaret.*

ibid. Summis precibus primarium ſacerdotem] Bertin. *Summarium ſacerd.*

Pag. 207. Numen Deæ ſoleat elicere] Fulvius: *eligere.* Ego vulgatam probo lectionem. Elicere, ſcil. ex regione mortis & leti ex dentibus ipſis. Plaut. *ex ſaltu damni aliquem elicere.*

ibid. Nec me fefellit, nec longi temporis prolatione cruciavit] Mſ. Fulvianus & Colvianus: *vel longi temp.*

Pag. 208. Capreolatimque condenſis apicibus] Bertin. *campolatimque.*

ibid. Secretoque mandatis quibuſdam, quæ voce meliora ſunt] Rectiſſimè Fulvius: *voce majora ſunt.*

ibid. Sol curvatus intrahebat veſperam] Mſ. *introibat.*

Pag. 209. Tum ſemotis procul profanis omnibus linteo & rudi me contectum amicimine] Bert.

T. S. p. proſcinis omnibus linteo & undique contectum am. Modius legebat : *proximis.*

ibid. Caput decorè corona cinxerat] Mſ. *decora,*

ibid. Sic ad inſtar ſolis adornato me & in vicem ſimulacri conſtituto, repentè velis reductis, in aſpectum populus errabat]. Ita Bertin. niſi quod in eo eſt, *adornatum & in vicem.*

ibid. Feſtiviſſimum celebravi natalem] Fulvianus : *feliciſſimum,*

Pag. 210. Tibi reſpondent ſidera, tempora redeunt minima ſerviunt elementa] Sic Bert. in quo & paulò poſt legitur : *creſcunt gramina.*

Pag. 211. Tutus proſperitate ventorum ferentium Auguſti portum celerrimè ac dehinc carpento pervolavi] Bertin. *Hauxi portum.* Vulgò : *hauſi portum.* Sicut Petron. *Vix dum libaveram cellulæ limen.* Sed puto quid latere.

ibid. Deæ quidem me tantùm ſacris imbutum, ac magni Dei Deumque ſummi parentis invicti Oſiris nec dum ſacris illuſtratum] Vel puer mendum videat & corrigat : *at magni Dei.* mirum non hoc vidiſſe Colvium, cum tamen in libro Lipſii ſcriptum teſtetur : *ad magni Dei.*

ibid. Imò verò unica ratio numinis religioniſque eſſet] Mſ. *unita*, idque probum eſt.

Pag. 212. Is ut agnitionem mihi ſcilicet certo aliquo ſui ſigno ſubminiſtraret] Mſ. *ambitionem.*

ibid. Reformationis meæ alienum nomen] Mſ. *deformationis mea non alienum nomen.* quod fortè non fuerit contemnendum, ut alluſerit ad ſui in Aſinum deformationem.

ibid. Impœnitendæ te pauperiei contaris comitem] Mirabar quid eſſet, quod in Bertiniano codice ſcriptum : *contaris conjectore :* Sed nimirum cum Fulvii mſ. legendum : *cont. committere.*

Pag. 213. Summum peregrinationi meæ tribuebat

bat ſolatium] Mſ. *peregrinationis.* Et poſt: *Sacerdos uterque.*

ibid. Exulta ter, futurus, quod alii vel ſemel vix conceditur] Ita & Fulvii mſ. Sed ipſe tamen Fulvius mavult: *fruiturus.*

Pag. 214. Per quietem præcipere viſus eſt] Mſ. *recipere.* non fortaſſe nimis malè, pro, polliceri, promittere.

ibid. Nec extimeſcerem malorum diſſeminationes] Mſ. *diſſenſiones.*

NOTÆ

In Apuleji librum primum Floridorum.

Pag. 215. Votum poſtulare portum apponere] Fulvius Urſinus conjicit legendum: *Veniam poſtulare, votum apponere.* Sicut ſup. pag. 211. *Colloque ejus multis oſculis inherens, veniam poſtulabam.* Et pag. 90. *Multijugis precibus editis veniam poſtulabat.* Ego hanc hominis doctiſſimi conjecturam quo magis conſidero, magis probabilem comperio. Confert enim ſeſe Apulejus cum religioſis viatoribus. nam ut illi oblato loco quopiam ſancto ſolent, 1. veniam poſtulare. 2. votum apponere ſive preces fundere, aut etiam deorum genua incerare, quomodo apud Propert. lib. 2. lego: *jam nunc me ſacra Diana ſuſcipere & Veneri ponere vota juvat.* 3. pauliſper aſſidere: ita & ſibi ait. 1. præfandam veniam. 2. habendam orationem. 3. inhibendam properationem. Videt lector judicio præditus, quàm aptè comparationis membra inter ſe ſibi reſpondeant, ſi Fulvianam amplectamur lectionem.

ibid. Quercus cornibus onerata] Idem mavult: *coronis ornata.* Cui vix eſt, ut adſentiar, uti nec in

illo, quod paulò poſt legit.: *Pauca hac quippe* &c: Propertius eodem loco: *Incipiam captare feras & reddere pinu Cornua, & audaces ipſe movere canes.*

ibid. At non itidem] Hic incipit aliud fragmentum. Sunt enim hi Floridorum libri nihil niſi mera fragmenta, ab aliquo Apuleji ſtudioſo ex diverſis ejus libris in unum comportata, tanquam ἐκλογαὶ & floridiore dicendi genere expreſſa.

Pag 212. Ac ſi ad oculos obtutum iſtum terrenum redigas, & hebetem.: profectò veriſſimè poëta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos effuſam, nec cernere nos niſi intra lapidis jactum valere] Mſ. *At ſi.* Et poſt: *non cernere.* Fulvius veriſimiliter corrigit: *nebula nobis ob oculos effuſa.* (ita mſ. rectè) *non cernere nos niſi intra l. j. valere.*

ibid. Hyagnis fuit] Aliud fragmentum.

ibid. Paulò largius in arte promoviſſe) Malim: *longius.*

Pag. 217. Linguâ fatidica, ſeu tute oratione, ſeu verſibus malis utrobique facundia æquiperari] Fulvius: *aquipari.*

ibid. Circa corporis ſui qualitatem] Colvii mſ. *intra corporis.* Fulvii: *Contra corporis.*

ibid. Tibicen quidam] Aliud fragmentum.

Pag. 218. Non locum auctoritatem derogare orationi] Mſ. *auctoritatem Oratori derogare.*

ibid. Indi, gens populoſa] Aliud fragmentum.

Pag. 219. Nihil amplius quam bubulcitare novere] Mſ. *bubulcitatem.*

ibid. Alexandro illi] Aliud fragmentum.

Pag. 220. Nemo ejus audeat vel ſperare virtutem, vel optare fortunam] Mſ. *audeat ejus virtutem vel ſperare, fortunam vel adoptare.*

ibid. Quin ſæpè ſolus eam Polycletus ære duceret] Locus haud dubiè mendoſus, quem ſic conatur mendare Fulvius: *quin ſe ſolus Polycletus* &c.

Mihi

Mihi vox, *ſæpè*, videtur inducenda: quæ fortaſſis ab indocto aliquo in ora poſita fuerit, ut notaret vocem *ſolus* ſæpè hîc repeti.

ibid. Solus Alexander ut ubique imaginum ſummus eſſet] *Summus* hoc eſt, excellentiſſimus, artificioſiſſimus: quamvis Fulvius malit: *unus eſſet.*

ibid. Et diſciplinam regalem] Video, quid ſibi velint iſta, ſed poſſit quis ſuſpicari legendum; *diſciplina regulam.* quamquam nihil muto.

ibid. Alter ex aliorum contemptu, alter ex ſui] Mſ. utrobique legit: *altera*, rectiſſimè.

ibid. Barbare alios inſectari] Fulvius mavult: *rabidè alios.*

Pag. 221. Ut ſi pallium accipere velit] Fulvius: *quin pallium.*

ibid. Hic enim plus tibi] Aliud fragmentum.

ibid. Ex ſenatoribus pauci nobiles genere. & ex his conſularibus pauci boni] Vereor ut gradus hic ſcalæ ſui adſint omnes. Fulvius certè nonnullos intercidiſſe, eoſque ſic reponendos eſſe putat: *pauci nobiles genere, ex nobilibus pauci conſules, & ex his conſularibus pauci boni.* Sed eſt cauſa, cur non temerè aſſentiar.

ibid. Sed ut loquar de ſolo honore] Fulvius conjicit legendum: *Sed ut loquar de ſapientia honore.*

ibid. Si quis fortè] Aliud fragmentum.

ibid. Quoniam in magna civitate hoc quoque genus invenitur] Repone voculam ex mſ. *Quoniam ut in magna.*

ibid. Si qui igitur ex illis libitinis] Mſ. *lividis.*

Pag. 222. Nam quodcumque ad vos protuli, excerptum illicò & lectum eſt, nec revocare illud: nec ante mutare, nec emendare mihi quicquam licet] Vulgò ante legebatur & in mſ. erat; *Nam q. protuli ad vos exceptum ilico & lectum eſt.* Unde Fulvius mavult; *ilico ac dictum eſt.* Sed & *nec autem*

autem mutare legendum eſt. Sicut paulò ſuperius : *neque augeri litera una, neque autem minui poteſt.* Cicero : *neque enim tu is es, qui, quid ſis, neſcias : neque autem ego ſum ita demens*, &c. Lucretius ſic ſæpè.

ibid. Hippiæ in opificiis operibus] vel *opificis*, vel *opera* legendum videtur.

NOTÆ

In Apuleji librum ſecundum Floridorum.

Pag. 222. HÆc de Hippia pertinent ad ea, quæ ſuperiori (ut perperam diſtinguunt) libro ultimo leguntur.

Pag. 223. Annulum in læva aureum faberrimo ſignaculo] Mſ. *Anulum i. l. a f. ſiguraculo.*

ibid. Et pallam clauſerat] σφενδόνην. Junius tamen Philargyrius in Virgilium ſcribit, eam partem anuli, quæ gemmam cohibet, *palaam* dici propter ſimilitudinem, cùm paleæ propriè in bove ſint, quæ collum amplectuntur, quæ Virgil. *palearia* vocat. Cic. *cùm paleam anuli ad palmam converterat.* Sic citat Phylarg. Vulgò : *palam.*

ibid. Recta faſtigatione clauſulæ] Mſ. Fulvii : *cylaulæ.* Colvii : *cylaule.* Latet quippiam.

ibid. Ingenii ejus fecunditatem malo doctrinæ, quam ſuppellectilis multiformi inſtrumento æmulari] Fulvius mavult : *multiforme inſtrumentum.* Non probo. Apulejus enim more Tulliano inſtrumentum appellat apparatum, & mundum ſive copiam, aitque ſe malle habere multiformem apparatum doctrinæ, quàm ſuppellectilis.

Pag. 224. Non ſigillatim ac diſcretim, ſed cunctim ac coacervatim] Fulvii conjectura : *junctim & confertim.* Illud, *junctim*, probo.

ibid. Magiſque judicio impertire] Mſ. *judicio.*

Pag. 225.

Pag. 225. Minus ſenſimus abſentiam tuam, quàm ut te magis deſideraremus) Fulvius legit: *magis ſenſimus ab. t. q. m. te deſideraremus.* τὸ, *ut*, in mſ. deeſt.

ibid. Sol qui micantem] Aliud fragmentum.

ibid. Pariter enim ut qui] Aliud fragmentum.

Pag. 226. Pſittacus Indiæ avis eſt, inſtar illi minimo minus quàm columbarum, ſed nec colorum columbarum] Mſ. *Sed color columbarum.* Fulvius ſic mavult: *avis eſt minimo minus quàm columba, ſed nec color columbarum.* Eſt autem hoc fragmentum.

ibid. Nam quidem ſi videas, idem conari non eloqui] Scilicet, *Putes.* quæ vox ἀπὸ κοινοῦ repetenda. Si audias, putes hominem loqui: Si videas, putes pſittacum conari potius, quàm loqui. Sic Perſius eadem de re: *Verba noſtra conari.* Mſ. tamen pro *videas*, habet, *audias*, & Fulvius pro *idem* mavult, *id eſt.*

Pag. 227. Non enim mihi] Aliud fragmentum.

ibid. Hæc atque hoc genus] Aliud fragmentum.

ibid. Crates, inquit, Crates te manumittes] Fulvius legit, *Crates, inquit, Cratetem manumittit.*

ibid. Adeoque is cupiebatur] Mſ. *adeoque ejus cupiebatur imago.*

ibid. Proinde ſedulò conſuleret, ne poſt querela eum caperet] Mſ. *ne præter querelam, cauſam caperet.* Non ſatis intelligo. Cogitent eruditi.

ibid. Dux Cynicus in porticum] Fulvius: *duxit C. i. p. ibique.*

ibid. Procinctu palliaſtri] Aſſentior Fulvio reponenti: *projectu*, hoc eſt, protenſione.

ibid. Samos Icario in mari] Aliud fragmentum.

ibid. Ex adverſum Miletos] Malim: *Mileto.*

Pag. 228. Quæ nihil videor effectius cognoviſſe] *Effectius* ἐξειργασμένον. quid ſi, *exactius?*

ibid. Manus ejus tenera procerulæ leva] Mſ. *procerula.*

Pag. 229. Formulas didiciſſe: ne his artibus animi expletum] Vulgò legebatur: *Seneca his artibus.* Unde Fulvius: *Sed nec his.*

ibid. Eorum ergò Brachmannum) Mſ. *Eorum. quoque B.*

ibid. Numinum vagantium ſtatus, ambitus) Mſ. *ſtatos ambitus.*

ibid. Corporumque exercitamenta) Mſ. *quam corporum excitamenta.*

NOTÆ

In Apuleji librum tertium Floridorum.

Pag. 231. DErepentinò) Fulvius mavult, *derepentè.* Ego nihil muto. Sic & repentè & repentinò dicitur.

ibid. Quam improviſa pericula hominibus ſubito oboriantur) mirum nemini adhuc ſuboluiſſe, eſſe hæc verba ex gloſſa marginali nata, cùm id vel puer advertere queat.

ibid. Agnatos lucidè explicatos] De hoc loco quid dicam non habeo, niſi quod ſit à Colvio vulgata hæc lectio perperam & correcta & defenſa. Sanè qui locum diligentius conſiderat, inveniet eum loqui de aliqua Comœdiæ parte. Laudat enim in Philemonis Comœdiis primùm argumenmenta, tum agnatos (pro quo temporis cauſa fingamus legendum: *actus*) ordine & perſpicuè propoſitos, inde perſonas rebus competentes, itemque ſententias morales, joca & ſeria. Qui, *agnitos*, malunt, eos ego nihil niſi occaſionem multa corradendi & undique comportandi aucupari exiſtimo.

ibid. Sed audies me meo periculo recordatus] Locus mendoſus. quid ſi legamus: *Sed haud ea ſine meo periculo reo.* *Pag.* 233.

Pag. 233. Sed nunc impræſentiarum] Aliud fragmentum. Verbum hoc Impræſentiarum prorſus ſordidum & barbarum eſt, & niſi me omnia fallunt, à poſterioris demum ætatis hominibus in hunc ipſum, in Tacitum, in Cornelium Nepotem limatiſſimum auctorem, in alios denique probos ſcriptores illatum; quo qui capiuntur, quis eos, ut maximè ſe doctos & elegantes putent, non credat poſſe, quod Catullus ſcribit, Ægroti culum lingere carnificis?

Pag. 234. Ut prænobilior ſit proprio ingenio, quàm patritio conſulatu] Fulv. *patrio conſulatu.*

ibid. Qua digna ratione tam honorificam benignitatem tuam celebrem] Mſ. *qua dignatione.*

Pag. 235. Quid ſupereſt ad honoris mei tribunal & culmen] Fulvianus & Lipſianus mſ. *& columen.* Et ſtatim Fulvii mſ. legit: *Ut illos ſcires iccirco*, &c. Vulgò: *Ut illo ſcires.*

Pag. 236. Canaciuſque libro mandabo) Fulvii & Lipſii mſ. *canentique libro.* Lego: *canam ociuſque libro.*

ibid. Viderint quibus mos eſt] Aliud fragmentum.

ibid. Impatientia linguæ ſuæ) fortè: *impotentia.*

ibid. Quippe non promptè veniam impertire rarenter adeundi, aſſiduitatem ejus requirentis eſt) Ita diſtinguo.

ibid. Ceſſantibus obiraſci) Putabam: Subiraſci. Sed & Livius lib. 1. *fortuna obiratus.*

ibid. Neceſſe eſt ejuſdem eſſe, cujus angat abſentia) Locus mutilus, cujus hic ſenſus: neceſſe eſt te ejus cupidum eſſe, cujus angat abſentia.

Pag. 237. Boando purgant ravim) Mſ. *rajum.* alius: *ranium.* Fulvius putabat: *ravum.* Mox lego: *exercendi caſſus labor.* Et infra: *avium inſtigati clangores.* Et: *propitia voluntas.*

ibid.

ibid. Non niſi auditorio] Mſ. *in auditorio.* ut & Lipſian.

ibid. Non niſi conſertos homines conſectarer] Mſ. *n. n. inter conſertos h. c.*

NOTÆ

In Apuleji librum quartum Floridorum.

Pag. 239. ID ego cùm aliàs, tum etiamnunc impræſentiarum uſu experior] Mſ. & vulgati: *cùm in alias.* Sicut Græci, *εἰς τὰ ἄλλα pro ἐν τοῖς ἄλλοις.*

Pag. 240. Libera ſemper adeò, & ubique vos] ſic interpungo. ſupra 233. *quam ubique equidem & ſemper prædicabo.*

ibid. Democriti Phyſici civis] Mſ. *D. p. ſocius.*

ibid. Protagoras Sophiſta] Sextus Empiricus adverſus Mathemat. pag. 69. Coracem vocat & ab eo natum proverbium: *κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.*

ibid. Callidè nectendis moris] Mſ. *nectundis.*

ibid. Nec aſſerere velle] Lipſ. & Fulv. mſ. *nec à ſe revellere.*

Pag. 241. Lunæ &c. delinquentis obſtacula] Fulvianus & Lipſianus codex conſentiunt, leguntque: *deliquantis obſtiticula.* Vide Colvium.

Pag. 242. Qui ejus cœleſtia ſtudia verè cognovimus] Fulvius ſuſpicatur: *ſtudia recognovimus.*

ibid. Vobis ſic canam] legendum: *hic.*

ibid. Eorum ego ſermonem ratus & vobis auditu gratiſſimum & mihi compoſitu congruentem, & dedicatu religioſum: in principio libri facio quemdam] Sic jam diu mea ſponte correxeram, cùm comperi poſteà aliis quoque idem in mentem veniſſe.

Pag. 243. Aſclepiades ille] Aliud fragmentum.

ibid.

ibid. At verò ut ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet] Mſ. *an verò ut.* Et probat Fulvius.

ibid. Jacenti homini ac propè depoſito Fatum attulit] Fulvius conjicit legendum: *Vitam attulit.*

ibid. Sapientis viri] Aliud fragmentum.

Pag. 244. Ego & alias crateras Athenis bibi, poëticæ commentam, geometriæ limpidam &c.] locus difficilis in quo meritò æſtuavit Colvius. mſ. *poëtica comitam.* An, *conditam?* Sicut Lucretius:

Et quaſi Muſæo dulci continguere melle.

Pag. 245. Crates ille Diogenis] Aliud fragmentum.

ibid. Mobili clavo] Mſ. *cabero.* Latet quippiam.

NOTÆ

In Apuleji Apologiam.

Pag. 247. NOn tam crimina judicio] v. c. *indicio.*

ibid. Ex verbis rem factam videret) Fulvius malebat: *fictam.*

Pag. 248. In aſſiſtendi venia perſeveravit) idem Fulvius: *aſſiſt. vice.* Et mox: *de conſilio clariſſimorum virorum.*

ibid. Mea innocentia fretus, ſubit hoc quoque judicio) Ita v. c.

Pag. 249. Multa in me propriè conficta, & alia communiter in Philoſophos ficta) v. c. *In me perperam conficta*, Sed perperam: rectè enim *Propriè* & *Communiter* inter ſe opponi ſciunt, qui Ciceronem & Livium tritos habent.

ibid. Ob auctoramenta impudentiæ deprehenſa haberi) Fulvius conjiciebat: *depenſa.*

Pag. 250. Facundiæ crimina non mihi opprobaſſet) Ita v. c.

ibid. Zenonem illum antiquum Velia oriundum) Fulvius : *Elea.*

ibid. Non modò comendi, ſed ſaltem expediendi) v. c. *non modo gĕnendi.*

Pag. 251. Ego profiteor iſta ratione ac præ me fero) Ita v. c.

Pag. 253, Multæ arundines dentibus implectuntur) Fulvius, *hirudines*, legit ex Herodoto in Euterpe.

ibid. Num ergo hæc ſunt crimina mea? & nomine erratis) v. c. *erraſtis.* Fulvius: *Non ergo hæc ſunt crimina magica.* Fortaſſis autem legi debet: *& nonne erraſtis.* Mox Fulvius: *apud Græcos Tejus quidem.*

Pag. 254. Et Critias mea delicia ſtet ſalva Charine, Par in amore meo) Ita v. c. Fulv. *delicies & ſalve Charine.* Idem Mox: *Ne metuas, ne me ignis.* Itemque: *dum potiar, patiar.*

ibid. Carmina dono tibi facta tuo genio) Ita v. c.

Pag. 256. Cæterum maximè quicquam putas culpaturum) Ita v. c.

ibid. Rariſſimo cuique piorum gnara) v. c. *rariſſimè c. p. ignara.*

Pag. 257. Longa illa & cenſoria oratio) v. c. *certatoria.*

Pag. 258. Ad omnem nutum hominis ſui morigera) Fulvius: *domini ſui.*

Pag. 259. Lumini extrario mixti atque muniti] Fulvius *uniti.*

Pag. 260. Ea res eſt] Idem Fulvius: *Ita res eſt.*

ibid. Ita & tibi umbra ignobilitatis approbatore obſtitit] v. c. *à probatore.*

ibid. Ego adeò ſervor, tu an abes ad agrum colendum, an ipſe mutuarias operas cùm vicinis tuis cambias, neque ſcio, neque laboro] Cùm annis ſuperio-

ſuperioribus Petronii ſcholiaſtes locum hunc ſic mihi recitaret, ut experimentum ſcilicet ingenii mei caperet, facilè quàm & talia, quæ nonnulli faſtidioſius venditant, domi nobis naſcerentur, intellexit. Statim enim conjeci legendum: *Ego adeo ſervos tu an habeas.*

Pag. 261. Quoniam ad villam publicam venerat] Fulv. *quom ad villam.*

Pag. 263. Oneri potius, quam uſui exuberat] v. c. *uſui exhibetur.*

Pag. 264. Hoccine homini opprobari] v. c. *exprobrari.*

ibid. Quod pauciores habeo] Alii libri *paucioris.* Fulv. *paucioris habito.*

ibid. Sunt enim ſimiliter etiam in iſta vita, ut in tempeſtate, levia ſuſtentatui] Sic conjecit Fulvius. Idem mox: *Proinde gratum habui, cùm ad contumeliam diceretis.*

Pag. 265. Peram & baculum tu Philoſophis exprobras] Fulvius.

Pag. 266. Neque nunc diu eſt, cùm] Fulvius. Mox v. c. *Charon numen eſt.* Et non longè Fulvius: *qua ratione vitam vivere inſtituerit.* Et mox: *Quippe illis terra alumna.*

Pag. 267. Munere populi Romani: ac deinceps] Ita Fulvius.

ibid. Nequaquam degeneri, pari ſpero honore] Sic v. c.

ibid. An non contraria accuſatis?] Ita Fulvius. Mox v. c. *ob auſteritatem.* Infra proximè Fulvius legit: *quod ingenti tumultu.*

Pag. 268. Nullis poſt ſententiam tuam reliquiis calumniæ permanſuris] Ita malim.

ibid. Ab eruditiſſimis ejus advocatis] Ita v. c. & infra: *incredibili quadam vi cantaminum polleat.*

Pag. 269. Ut partim eorum quod corporum

cauſas meras & ſimplices rimantur] Fulvius pro, *corporum*, malebat : *rerum*, aut, *deorum*.

ibid. Vana & inepta & ſimplicia] Fortè : *Similia.* Sicut mox : *Jam & illa ſimilia.*

ibid. Habet quiddam Apulejus domi, quod ſecretò colit] Ita v. c.

Pag. 270. Tamen aveant potius defendere] Ita Fulvius.

ibid. Id quod à me ſuſceptum officii gratia potius, quàm lucri cauſa] v. c. Idem mox : *immane quantum angori.*

Pag. 271. Eo pacto cupedinariis omnibus famem decernis] v. c.

ibid. Non cœnæ, ſed Magiæ deſiderari] Fulvius : *deſtinari.*

ibid. Mercede invitatis atque ſolent] Sic v. c. Et proximè : *occultum aliis & magis cognitum.*

Pag. 273. Non mari ſed terra adſcripſiſſe] Ita Fulvius.

ibid. Cum de quadam ſaga ad hunc modum memoravit : Πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχε ξανθὴν Ἀγαμήδην, ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών. Itemque carminum ſimiliter : Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον &c.] Sic v. c. in quo & decem alii verſus perſcripti ſunt, qui Οδ. δ. leguntur, ſicut priores duo Ιλ. λ.

ibid. Mercurius carminum vector] Fulv. *animarum.* fortè : *manium.*

Pag. 274. Ut ſi thus & caſiam] Ita v. c. Et mox : *flexis humilis apud Scyrum inſulam.* Et proximè : *qui impendio à piſcatoribus mercantur.* Et infra non longè : *ut meritò ſtatuto pretio quærerentur.*

Pag. 275. Cum me ad fidem calumniæ confinxerunt] Sic Fulvius.

ibid. Et fortaſſean peracutè reperiſſe vobis videbamini] Ita v. c.

Pag.276.

Pag. 276. Quorundam adhuc neſcius eſſe nolim] v. c.

Pag. 277. Ibi ego comperio, omnes judices] v. c. Mox Fulv. *cothurni facundiam.*

Pag. 278. Ita enim latinè appello, quæ Græci ita ζωοτόκα] v. c. Mox: *Sed judicio alienis.* Et non longè Fulv. *quod ſciam intacta.*

ibid. C. Ennius Edeſphagitica, quæ verſibus ſcripſit] Ita v. c. Fulv. *qui.*

ibid. Caradrum quæ apud Ambraciæ fines] v. c.

Pag. 279. Melanurum, cardum, merulamque] v. c.

ibid. Omnia in propatulo ago, ut quivis vel extrarius arbiter aſſiſtat] Ita lego. Mox Fulv. *quid vocem niſi quaram.*

Pag. 280. Ceterum me etiam veneficii poſtularent] Sic Fulvius:

Pag. 281. Remotis arbitris, ſecreto aliquo loco] v. c. Et infra: *de Magis & pueris lego equidem.*

Pag. 284. Quid contaris? quid reſpectas?] v. c.

Pag. 285. Quid ſi de vi accuſares] Fulvius.

ibid. Res eſt legibus deligata jam inde antiquitus à duodecim tabulis] Ita v. c. Fulv. *denegata.* Mox v. c. *An adjutorio multitudo.*

Pag. 286. Ut ne quid dignum auribus tuis] Ita v. c.

Pag. 287. In corpore concrementa amari fellis] Sic Fulvius. Et infra: *Sapientes meatus obſtruit & obturat.*

Pag. 288. Temporibus ſtatis exuant. Sed niſi confeſtim eripiatur, malignone præſagio, an naturali adpetentia, illico converruntur & devorantur] Ita Fulvius, qui & mox legit: *ac mea ratiocinatione rectè factum eſſe.*

Pag. 289. Non eſt in accuſando tua iſta verſutia] Fulvius.

Pag. 290. Ut quod peprehenſum & detectum] Fulvius. Idem proximè: *quid in ſudario habuiſti? num tu me accuſatum, ac interrogatum veniſti?*

Pag. 291. Quippe omnibus ſi cui fortè negotium] Fulvius.

ibid. Faciam quod inſtitui, & quod non neceſſe eſt, confitebor] v. c.

Pag. 292. Æmilianum, iſtud facetiæ ſibi habere] Fulvius.

Pag. 293. Satis videor cuivis vel inquiſſimo animum expleſſe] v. c. Et mox: *quamquam in eo tempore vel Alexandria fueris.* ut ſupr. pag. 277. *quam fortè tum in eo tempore conſcribebat.*

Pag. 264. Qui pinnas converreret & foras abjiceret] Ita Fulvius.

Pag. 295. Nam equidem hic ſabra tecum heſterna die] Ita v. c. Fulv. *equidem hac hora tecum.* Et mox: *Iſte maximè præſens per libellum.*

ibid. Ne eum ſub tam ſeveris oculis tuis conſtitueret] v. c. Et proximè: *manuum tremorem, ructus ſpinam. Nam patrimonium &c.* Infra non longè Ful. *tribus millibus nummum Æmiliano huic.*

Pag. 296. Tamen teſtimonium Craſſi] Fulvius. Infra v. c. *geometricas formas ex nexo vidiſſem.*

Pag. 297. Gratum mihi fore, & ea ſe feciſſe] Fulvius. Mox Aldi editio & v. c. habent: *Sciſcitante te eadem dicta ſunt.* Et infra idem v. c. *quem quidem abfuiſſe in eo tempore ſcitis.* ut pagina 293.

Pag. 301. Denique ſexageſimo anno] Ita v. c. Mox Fulv. *ubi omne virus.* Et proximè: *ne ſubmiſſum & ſubornatum.*

Pag. 302. Abſuetudine conjugis torpens) Fulvius. Mox v. c. *nuptiis valetudinem medicandam.*

Pag. 304. Confeſtim Roma advolavit) Fulvius. Idem mox: *ex fatigatione itineris adfectus.*

Pag. 305. Averſum ab uxoria re videbat] Sic Ful-

Fulvius, & infra: *non formoſa pupula*, aut, *puella.*

Pag. 306. Sed ſocero ejus & illi Herennio] v.c. Mox Fulv. *ne ſi omnino de eo.*

Pag. 307. Flax. inquit, negat poſſe diſſolvere] Ita v.c. Fulv. *Pax*, ex Plauto. Heſychius: πὰξ ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν.

Pag. 309. Non me decore pertinaciæ alimentum) v.c. Fulv. *argumentum.* Et mox: *quas tamen cum ſaltas.* Et proximè: *conſcribente Æmiliano.*

Pag. 310. Siquidem id foras ſcripſit) v.c.

Pag. 311. Memorabili fraude Rufini vicem mutavit) Fulvius.

Pag. 312. Nemo erat qui pro me foret) Sic forſan legendum. Mox Fulv. *Hac & id genus alia.*

Pag. 313. Præcipitaſti & nulla impertita hora ſubnervaſti) v.c.

Pag. 314. Quis tam eſt mitis, quin exardeſcat?) Fulvius.

Pag. 315. Profectò non abnueres) Fulvius. & mox: *Cur ego blandirer.*

Pag. 316. Quid in eo tempore ſecius agentem) v.c. Infra Fulv. *in ipſo gremio terra matris.*

Pag. 319. Ea conditione factam conventionem) Fulvius. Infra v.c. *mediocri forma*, *ac non ætate mediocri.*

Pag. 321. Rufinum omnes execrari, me laudibus tollere) Sic malim. Mox Fulvius legit: *Tyrocinio profeſſionis ſuæ.*

Pag 322. Namque optimi viri literas ter & quater adeò quantovis temporis diſpendio lectitarem) Sic conjecimus ego & Fulvius. Infra malim: *cujus animi diſpoſitionem.*

Pag 324. Tandem illam filiæ ſuæ machinam Rufinus admovet) v.c. Mox Fulv. *tacitas hominum ſuſpiciones.* Et proximè: *plane quidem, ſi verum velis.*

Pag. 326.

Pag. 326. Si quid ei humanitus accidiſſet) Fulvius. Idemque mox : *Cape iſtud, ut matrus tua teſtamentum.* Statim malim : *Sed Rufini nuptias, ſed temulentum illud collegium paraſitorum.*

Pag. 327. Qui potuit perorare, poterit exorare.] Fulvius.

ibid. Dixiſtis me magna pecunia mulieris pulcerrimum prædium meo nomine emiſſe) v. c.

Pag. 328. Hoc quidem multis cantaminibus difficile impetravi) v. c. Et paulo infra : *Comminiſcimini quod reſpondeatis.* Infra legit Fulv. *Dentes ſplendidas.* ut ſplendidare, ſit velut nitidare. Et proximè : *prior natu ea eſt.* Sed fortè Plauti imitatione, Is, pro ea dixit.

Pag. 329. Procul à culpa Philoſophi tutus ſum) Fulvius.

ibid. Si cum ſeptem pennis eum tenui) Alii libri : *pœnis.* Scipio Gentilis conjiciebat : *Si conſæptum pane eum tenui.*

FINIS.